

VADE MECUM

AD USUM CLERICORUM

CONTINENS

OFFICIUM PARVUM B. MARIAE VIRG.

OFFICIUM DEFUNCTORUM

ORDINEM TOTIUS MISSÆ

JUXTA TYPICAS MISSALIS AC BREVIARII

EDITIONES

PLURIBUS SELECTIS PRECIBUS

ADDITIS



Typis Societatis S. Joannis Evangelistæ

DESCLÉE ET SOCHI

S. Sedis Apostolicæ et S. Rituum Congregationis Typogr.

ROMÆ, TORNACI, PARISIIS

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 19 Aprilis 1948.

J. LECOUVET, Vic. Gen.

NOTIONES PRÆVIAE

Origo Officij Parvi

1 — Officium parvum B. Mariæ V., sic dictum propter suam brevitatem, ortum habuit in monasteriis et capitulis. Jamdiu ejus usus fere ubique inva luerat, cum anno 1095 in concilio Claramontensi, B. Urbanus Papa secundus, ad implorandam Dei Genitricis specialem protectionem adversus Mahumetanos, idem ab utroque clero regulari et sacerdotali recitari jussit.

2 — S. Pius V in bulla *Quod a nobis* VII idibus Julii 1568 data, tollit quidem peccati obligationem recitandi in Choro Officium Parvum B. Mariæ V. diebus a Rubricis Breviarii Romani præfinitis, sed sine præjudicio sanctæ consuetudinis, ubi est, dicendi illud in Choro; imo

eamdem confirmat. — Hortatur etiam, ut iis ipsis diebus recitetur, propositis toties indulgentiis centum dierum idem recitantibus.

3 — In hodierno Breviario Romano Pii Papæ X auctoritate reformato, habetur, ut antea, Parvum B. Mariæ V. Officium cum aliquibus tantum correctionibus in rubricis, quæ clariores redditæ sunt. — Sed Rubrica generalis præcipiens hujus officii recitationem certis diebus in Choro omnino expuncta fuit.

Ex his omnibus patet Parvum Officium, utpote in Breviario Romano inclusum, vere ad publicum Ecclesiæ cultum pertinere, etsi plerumque nunc ex devotione privata recitetur.

Divisiones Parvi Officij

Ad exemplar Officij Canonici, Officium Parvum Psalmis, Canticis, Antiphonis, Capitulis, Hymnis, Versibus, Lectionibus, Responsoriis et Orationi-

bus constat, quæ omnia fere eadem sunt per totum anni decursum. Cum autem quædam Antiphonæ, Lectiones, Capitula et Orationes certis tantum

temporibus sint propriæ, Parvum B. Mariæ V. Officium sub quadruplici distinctione in hodierno Breviario Romano apponitur.

I. — OFFICIUM PER ANNUM dicitur a Matutino diei 3 Februarii usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive, (præterquam in Festo Annuntiationis,) et a Vesperis in Sabbato Quatuor Temporum Pentecostes usque ad Nonam Sabbati ante Dominicam I Adventus pariter inclusive. (*Brev. Rom.*)

II. — OFFICIUM IN ADVENTU dicitur a Vesperis Sabbati ante Dominicam I Adventus usque ad Nonam Vigiliae Nativitatis Do-

mini inclusive, et in Festa Annuntiationis. (*Brev. Rom.*)

III. — OFFICIUM POST NATIVITATEM dicitur a Vesperis diei 24 Decembris usque ad Completorium diei 2 Februarii inclusive. (*Brev. Rom.*)

IV. — OFFICIUM TEMPORE PASCHALI dicitur a Vesperis Sabbati Sancti usque ad Nonam Sabbati Quatuor Temporum Pentecostes inclusive. (*Brev. Rom.*)

Præter Ant. ad tria Cantica *Regina Cæli*, hoc Officium idem est ac per Annum. Aliis autem Antiphonis, Invitatorio, Versibus et Responsoriis non additur *Alleluia*.

Finis ac Scopus Parvi Officii

Præcipuus finis ac specialis scopus hujus Officii in eo est, ut, Laudes beatæ Virginis canendo, debitas gratias agamus Deo, qui nos redemit per Jesum Mariæ Filium. Ad normam Canonis 1255 « De cultu divino » *dubetur beatæ Mariæ Virginis Cultus hyperdulicæ*. Jure enim merito illam colimus præ omnibus aliis Sanctis, propter ejus eminentem et ineffabilem dignitatem, qua Mater Dei et homi-

num effecta est. Quotidie ergo ejus Officium personando ejusque auxilium implorando, confitemur « *Quia fecit ei magna qui potens est, et sanctum nomen ejus* », cum Verbum æternum ex ea carnem sumpserit.

I. — OFFICIUM PARVUM PER ANNUM Mariam ut reginam et Dominam cæli et terræ præcipue celebrat. Ex Officio Assumptionis sumuntur Laudum et Horarum antiphonæ, nec-

non quædam Capitula et Responsoria. Triumphans cælum ingreditur Maria, collaudantibus Angelis, congratulemur ei, *quia per eam fructum vitæ communicavimus.* — Reliqua omnia mutuantur a Communi Festorum B. M. V., et nos vicissim provocant ad contemplandum ejus virtutes et potentiam, perfectiones ac dotes. Meminisse semper juvat fundamentale principium nostræ devotionis erga eam ad symbolum fidei nostræ pertinere : *Credo... in Iesum... natum ex Maria Virgine.*

II. — OFFICIUM IN ADVENTU. Quæ in hoc propria sunt, originem ducent ex celeberrimo Annuntiationis evangelio, Incarnationem Verbi nuntiat Archangelus Gabriel, et consensu a Virgine dato, statim adimpletur Isaïæ prophetia : « Ecce Virgo concipiet et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » Spiritus Sanctus in ea descendens, ipse operatur hoc inauditum prodigium. Sic Jesus unum Deum Patrem in cælis habebit, et in terra Virginem Matrem. — Quotiescumq; hanc filialem precem *Ave Maria*

recitabimus, memores sumus Dei, « qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum suum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluit. » *Oratio.*

III. — POST NATIVITATEM OFFICIUM. Antiphona tantum ad Laudes et Horas et ad Cantica cum unica Oratione huic Tempori sunt propriæ. Omnes certatim *Virginitatem fecundam beatæ Mariæ* concelebrant, quæ sola gaudia Matris habens cum Virginitatis honore, lumen æternum mundo effudit. Virgo est ante partum, in partu et post partum.

— Deus omnis sanctitatis non est pollutus ex ea carnem assumens : et procedens homo sine semine... sicut pluvia in vellus... *Rubus*, quem viderat Moyses, incombustus. Maria est radix Jesse, quæ florem suum Jesum nobis dedit. — Maternitate divina est Mater omnium pro quibus Agnus Dei occisus est.

IV. -- TEMPORE PASCHALI. Unica Antiphona *Regina cœli* propria est. Lætemur cum Maria de resurrectione Jesu. *Gaudium Vestrum* protectione Mariæ firmatum *nemo tollat a vobis.* (Joan. 16, 22.)

RUBRICÆ PARVI OFFICII

1. A Completorio Sab-
bati ante Dominicam Se-
ptuagesimæ usque ad No-
nam Sabbati Sancti pariter
inclusive ubique omittitur
Alleluia. (*Breviar. Rom.*)

2. Tempore Passionis
nusquam omittitur *Glória
Patri.*

3. In Festo Annun-
tiationis Officium recitan-
dum est ut in Adventu,

servatis tamen servandis
pro temporis currentis ra-
tione, (verbi gratia : pro
Antiphona finali, Alleluja
vel non, et Commemoratio
pro Sanctis.)

4. Qui sacra Diaconatus
ordine non sunt insigniti,
loco *V. Dóminus vobiscum,*
dicunt *V. Dómine exáudi
orationem meam. R. Et
clamor meus ad te véniat.*

Officium Parvum conjunctim
eum Officio Domini

1. Cum dicitur in Cho-
ro, Officium B. M. V.
Parvum in Matutinis et in
Vesperis præponitur Offi-
cio Domini, in aliis Horis
postponitur. Prima dicitur
post *Benedicámus Dómino*
antequam legatur Marty-
rologium. — Extra Cho-
rum dici potest pro tem-
poris opportunitate. (*Brev.
Rom. Pii V.* — *S. C. R.
3748 ad 3.*)

2. In initio Horarum
non dicitur *Ave María*
(*Rubr. gen. Brev. Rom.
xxxii.*) Matutinum incipit
a *V. Dómine labia mea*
(dictis *Pater, Ave et Credo*
pro Matutino Officii Do-
mini). Laudes statim inci-
piunt post tertium Re-
sponsorium. Prima incipit
post *Benedicámus Dómino*
in Prima Officii Domini,

Horæ minores post singu-
lam Horam minorem Of-
ficii divini, dicto *V. Bene-
dicámus Dómino.* Vesperæ
vero incipiunt (dictis *Pater*
et *Ave* pro Vesperis diei),
a *V. Deus in adjutorium,*
qui Versus dicitur etiam
in principio Omnia Horarum.
Completorium ve-
ro incipit post *V. Bene-
dicámus Dómino* in fine Com-
pletorii diei, a *V. Convérite
nos.*

3. In hoc Officio num-
quam dicitur Hymnus
Te Deum nec Antiphona
finalis.

4. Horæ hujus Officii
non concluduntur, sed
omnes cessant ad *V. Be-
nedicámus Dómino* in fine,
et tunc immediate incipit
vel prosequitur Officium
Domini more solito.

Officium Parvum extra Officium Canonicum

1. Officium Parvum *ex devotione* (sive privatim sive collegialiter recitetur) idem est ac supra pro diversis anni temporibus indicatum.
2. Non licet absque Indulto Apostolico, aliquam superaddere commemorationem. (*S. C. R. in Cenoman. 16 Jul. 1866 ad 7.*)
3. In Triduo Sacro Majoris Hebdomadæ non licet Officium Parvum publice recitare (*Ibid. ad 4.*)
4. *Te Deum* recitari debet a Nativitate Domini usque ad Septuagesimam, et a Dominica Resurrectionis usque ad Adventum. In Adventu autem et a Septuagesima usque ad Pascha nonnisi in festis B. M. V. (*S. C. R. 3572*) et in Festo S. Joseph. (*3659.*)
5. Initio cuiuslibet Horæ dicitur *Ave Maria* præterquam in Laudibus, nisi in recitatione privata a Matutino separentur. (*Rubr. Brev.*)
6. Omnes Horæ, quæ seorsim dicuntur, conclu-
- dendæ sunt sicut Horæ Canonicae per *V. Fidélium animæ* et Orationem dominicam.
- Horæ minores si singulatim, vel ultima, si plures conjunctim recitentur, et Vesperæ absque Completorio recitatæ, concludendæ sunt per solum *Pater noster*. In fine Completorii post *V. Divinum auxilium* semper dicitur *Pater, Ave* et *Credo*, etsi subsequatur statim Matutini recitatio. (*Brev. Rom.*)
7. In publica recitatione Antiphona finalis B. Mariæ semper dicenda est, quandocumque, terminata aliqua Hora, discedendum est a choro, (seu quando cessat publica Officii recitatio), et semper in fine ultimæ Horæ. (*Rubr. Gen. Brev. 36.*)
8. In recitatione privata Antiphona finalis dicitur semper in fine Completorii, et in fine Laudum, sed hoc in casu si statim subsequatur alia Hora, nonnisi in fine ultimæ Horæ recitatur. (*S. Pius V. Off. Parv.*)

INDULGENTIAE

Fidelibus, qui Officium Parvum B. Mariae Virginis devote recitaverint, et si ad illud persolvere teneantur, conceditur :

Indulgentia quingentorum dierum pro qualibet hora ejusdem Officii;

Indulgentia decem annorum pro integro Officio;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem totius Officii recitationem persolverint (S. C. Indulg., 17 nov. 1887 et 8 decembris 1897; S. Pænit. Apost., 28 mart. 1935).

Pater — Ave — Credo

In fine Completorii dicitur secreto Pater, Ave et Credo.

Ante omnes Horas semper dicitur Ave Maria, et Pater in fine earum, si terminandum sit Officium.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimítimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne : sed líbera nos a malo. Amen.

AVE, María, grátia plena; Dóminus tecum : benedicta tu in muliéribus, et benedí-

ctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póncio Pi-láto, crucifixus, mórtuus, et sepultus : descendit ad íferos : té-

tia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in

Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communionem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiōnem, vitam ætérnam. Amen.

Ante Officium

Ante quam inchoëtur Officium, laudabiliter dicitur, sub singulari semper numero, sequens Oratio, pro qua Summus Pontifex Pius XI sub die 17 Nov. 1933 Indulgéntiam trium annorum concessit.

Oratio

Aperi, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitatióibus; intelléctum illúmina, af séctum inflámma, ut digné, atténte ac devóte hoc Officium recitáre

váleam, et exaudíri mèrear ante conspéctum divinæ Majestatis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dómine, in unióne illius divinæ intentiònis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.





OFFICIUM PARVUM BEATÆ MARIAE VIRGINIS

AD MATUTINUM

Ave María secreto, quæ dicitur semper in principio omnium Horarum.

℣. Dómine, ✕ lábia mea apéries.

R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus, ✕ in adiutorium meum inténde.

R. Dómine, ad adiuvandum me festína.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. *

Sicut erat in principio, et nunc, et semper : et in sǽcula sǽculorum. Amen. Allelúja.

Sic dicitur Allelúja ad omnes Horas per totum annum, præterquam a Completorio Sabbati ante Septuagesimam ad Nonam Sabbati Sancti inclusive. Tunc enim dicitur Laus tibi, Dómine, Rex æternæ glóriæ.

INVITATORIUM

Ave, María, grátia plena : * Dóminus tecum.

Repetitur : Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum.

PSALMUS 94

Invitatio ad Dei et Mariæ cultum.

VEnite, exsultémus Dómino, acclamémus Petræ salútis nostræ : accedámus in conspéctum ejus cum láudibus, cum cánticis exsultémus ei.

Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum.

Nam Deus magnus est Dóminus, et Rex magnus super omnes deos : in manu ejus

sunt profunda terræ, et altitudines móntium ipsíus sunt.

Dóminus tecum.

In sequenti Versu genuflectitur ad Verba : Venite, adorémus, et procidámus ante Deum.

Ipsíus est mare : nam ipse fecit illud, et terra sicca, quam formavérunt manus ejus : venite, adorémus et procidámus, et génuam flectámus Dómino qui fecit nos. Nam ipse est Deus noster; nos autem pópulus páscuæ ejus et oves manus ejus.

Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum.

Utinam hódie vocem ejus audiátiis : « Nolite obduráre corda vestra ut in Meríba, ut die Massa in desérto, ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt me, etsi viderant ópera mea.

Dóminus tecum.

Quadraginta annos tæduit me generatiónis illíus, et dixi : Pópulus errans corde sunt, et non novérunt vias meas. Ideo jurávi in ira

mea : non introibunt in réquiem meam ».

Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum.

Glória Patri, et Fílio, et Spiritui Sancto. Sic ut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum.

Amen.

Dóminus tecum.

HYMNUS

Quem terra, pontus,
sídera
Colunt, adórant, prædicant
Trinam regéntem máchinam,
Claustrum Mariæ bájulat.

Cui luna, sol, et ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfusa cæli grátia,
Gestant puéllæ víscera.

Beáta Mater múnere,
Cujus supérnus Artifex,

Mundum pugillo cóntinens,
Ventrí sub arca clausus est.

Beáta cæli núntio,
Fecúnda Sancto Spíritu,

Desiderátus géntibus
Cujus per alvum fusus
est.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et almo Spíritu,
In sempitérna sácula.
Amen.

In Nocturno

(Dominica, Feria II et V)

Ant. Benedícta tu.

Antiphonæ in toto Officio parvo non duplicantur.

PSALMUS 8

Extollitur hominis excel-lentia in persona Christi Capitis et Redemptoris nostri.

Dómine, Dómine no-
ster, quam admirá-
bile est nomen tuum in
univérsa terra, * qui
extulísti majestátem
tuam super cælos.

Ex ore infántium et
lacténtium parásti lau-
dem contra adversários
tuos, * ut compéscas
inimicum et hostem.

Cum vídeo cælos
tuos, opus digitórum
tuórum, * lunam et
stellas quæ tu fun-
dásti :

Quid est homo, quod
memor es ejus? * aut
filius hóminis, quod
curas de eo? —

Et fecísti eum paulo
minórem Angelis, *
glória et honóre coro-
násti eum;

Dedísti ei potestátem
super ópera mánuum
tuárum, * ómnia sub-
jecísti pédibus ejus :

Oves et boves uni-
vérsos, * insuper et
pécora campi,

Vólucres cæli et pi-
sces maris : * quidquid
perámbulat sémitas
márium.

Dómine, Dómine no-
ster, * quam admirá-
bile est nomen tuum in
univérsa terra!

Glória Patri, etc.

Ant. Benedícta tu in
muliéribus, et benedí-
ctus fructus ventris tui.

Ant. Sicut myrrha.

PSALMUS 18

*Sol justitiæ e sinu Mariæ
procedens ut illuminet mun-
dum.*

Æli enárrant gló-
riam Dei, * et opus
mánuum ejus annún-
tiat firmaméntum.

Dies diéi effúndit

verbum, * et nox nocti tradit notitiam.

Non est verbum et non sunt sermónes, * quorum vox non percipiatur :

In omnem terram exit sonus eórum, * et usque ad fines orbis elóquia eórum.

Ibi pósuit soli tabernáculum suum, qui procédit ut sponsus de thálamo suo, * exsúltat ut gigas percúrrens viam.

A témino cæli fit egréssus ejus, et circúitus ejus usque ad téminum cæli, * nec quidquam subtrahitur ardóri ejus. —

Lex Dómini perfécta, récreans ánimam; * præscriptum Dómini firmum, instituens rudem.

Præcepta Dómini recta, delectántia cor; * mandátum Dómini mundum, illústrans óculos;

Timor Dómini purus, pérmánens in ætérnum; * judícia Dómini vera, justa ómnia simul,

Desiderabília super

aurum et obrýzum multum * et dulcióra melle et liquóre favi. —

Etsi servus tuus at-téndit illis, in iis cu-stodiéndis sédulus est valde,

Erráta tamen quis animadvérit? * a mihi occúltis munda me.

A supérbia quoque próhibe servum tuum, * ne dominétur in me.

Tunc ínteger ero et mundus * a delicto grandi. —

Accépta sint elóquia oris mei et meditatio cordis mei * coram te, Dómine, Petra mea et Redémptor meus.

Glória Patri, etc.

Ant. Sicut myrrha elécta odórem dedísti suavitatis, sancta Dei Génitrix.

Ant. Ante torum.

PSALMUS 23

Rex gloriæ mundum ingreditur per portam clau-sam Virginis.

Dómini est terra et quæ replent eam, * orbis terrárum et qui hábitant in eo.

Nam ipse super mária fundávit eum, * et

super flúmina firmávit eum. —

Quis ascéndet in montem Dómini, * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundus corde, qui non inténdit mentem suam ad vana, * nec cum dolo jurávit próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino * et mercédem a Deo Salvatörе suo.

Hæc est generatio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob. —

Attóllite, portæ, cápita vestra, et attóllite vos, fores antiquæ, * ut ingrediátur rex gloriæ!

« Quis est iste rex gloriæ? » * « Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in prœlio ». —

Attóllite, portæ, cápita vestra, et attóllite vos, fores antiquæ, * ut ingrediátur rex gloriæ!

« Quis est iste rex gloriæ? » * « Dóminus

exercítuum : ipse est rex gloriæ ». —

Glória Patri, etc.

Ant. Ante torum hujus Vírginis frequen-táte nobis dulcia cán-tica drámatis.

¶. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Pro-ptérea benedíxit te Deus in æténum.

Pater noster *secreto usque ad*

¶. Et ne nos indúcas in tentaciónem. R. Sed libera nos a malo.

*Absolutio Précibus, tres Lectiones et Responsoria de tempore, ut in fine III Nocturni, pag. 20 **.

In Nocturno

(Feria III et VI)

Ant. Spécie tua.

PSALMUS 44

Unio mystica (Epithalamium) Christi et Mariæ (Ecclesiæ vel animæ fidelis).

Ffúndit cor meum verbum bonum : di-co ego carmen meum regi : * lingua mea stilus est scribæ veló-cis. —

Speciosus es forma
præ filiis hominum, dif-
fusa est grátia super
lábia tua : * propterea
benedixit tibi Deus in
æternum.

Cinge gládium tuum
super femur, potentís-
sime, * decórem tuum
et ornátum tuum!

Feliciter evéhere pro
fide et pro justitia, * et
præclara gesta dóceat
te déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ,
pópuli tibi subdúntur, *
deficiunt corde inimici
regis.

Thronus tuus, Deus,
in sǽculum sǽculi; *
sceptrum æquitatis sce-
ptrum regni tui.

Diligis justitiam et
odisti iniquitatem : pro-
pterea unxit te Deus,
Deus tuus, * óleolætitiae
præ consortibus tuis.

Myrrhâ et áloë et
cássiâ fragrant vesti-
menta tua; * ex aëdibus
ebúrneis fidum sonus
lætificat te.

Filiæ regum óbviam
véniant tibi, * régina
adstat ad déxteram
tuam ornáta auro ex
Ophir. —

Audi, filia, et vide, et

inclína aurem tuam, *
obliviscere pópulum
tuum et domum patris
tui.

Et concupiscet rex
pulchritudinem tuam : *
ipse est dóminus tuus;
obséquere ei.

Et pópulus Tyri
cum munéribus venit ; *
favórem tuum captant
próceres plebis.

Tota decóra ingréditur
fília regis; * textú-
ræ áureæ sunt amictus
ejus.

Amictu variegáto in-
dúta addúcitur ad re-
gem; * vírgines post
eam, sóciæ ejus, addu-
cúntur ad te.

Afferúntur cum læti-
tia et exsultatione, *
ingrediúntur in palá-
tium regis. —

Loco patrum tuórum
erunt filii tui; * constí-
tues eos príncipes su-
per totam terram.

Memorábo nomen
tuum in omnem gene-
ratioñem et generatio-
ñem; * propterea pó-
puli celebrábunt te in
sǽculum sǽculi.

Glória Patri, etc.

Ant. Spécie tua, et
pulchritudine tua, in-

ténde, próspero pro-
céde, et regna.

Ant. Adjuvábit eam.

PSALMUS 45

*Maria (Ecclesia, vel ani-
ma fidelis) divino præsidio
munita est inconcussa.*

Deus est nobis refú-
gium et robur; *
adjutórem in angústiis
probávit se valde.

Proptérea non timé-
mus, dum subvértiltum
terra, * et montes ca-
dunt in médium mare.

Tumultuéntur, æstu-
ent aquæ ejus, * concu-
tiántur montes ímpetu
ejus :

Dóminus exercítuum
nobiscum; * præsídium
nobis est Deus Ja-
cob. —

Flúminis rívuli læti-
ficant civitátem Dei, *
sanctissimum taberná-
culum Altíssimi.

Deus est in médio
ejus, non commovébi-
tur; * auxiliábitur ei
Deus primo dilúculo,

Fremuérunt gentes,
commóta sunt regna; *
intónuit voce sua, dif-
flúxit terra :

Dóminus exercítuum
nobiscum; * præsídium

nobis est Deus Ja-
cob. —

Veníte, vidéte ópera
Dómini, * quæ egit
stupénda in terra.

Qui compéscit bella
usque ad finem ter-
ræ, * arcus cónterit et
confríngit hastas, et
scuta combúrit igni.

Desístite, et agnósci-
te me Deum, * excél-
sum in géntibus, ex-
célsus in terra.

Dóminus exercítuum
nobiscum; * præsídium
nobis est Deus Jacob.

Glória Patri, etc.

Ant. Adjuvábit eam
Deus vultu suo : Deus
in médio ejus, non com-
movébitur.

Ant. Sicut lætán-
tium.

PSALMUS 86

*Maria (Ecclesia) est Dei
civitas, in qua jucundum
est habitare.*

Fundatiómem suam
in móntibus sanctis
diligit Dóminus : * por-
tas Sion magis quam
ómnia tabernácula Ja-
cob.

Gloriosa prædicántur
de te, * cívitas Dei! —

**Accensébo Rahab et
Babel coléntibus me : ***
ecce, Philistæa et Tyrus populúsque Æthíopum : hi nati sunt illic.

Et de Sion dicétur : « Virítim omnes sunt nati in ea, * et ipse firmávit eam Excél-sus ». —

Dóminus sribet in libro populórum : * « Hi nati sunt illic ».

Et cantábunt dum chorūm ducent : * « Omnes fontes mei sunt in te ».

Glória Patri, etc.

Ant. Sicut lætántium ómnium nostrum habítatio est in te, sancta Dei Génitrix.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Propterea benedíxit te Deus in æténum.

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatióinem. R. Sed líbera nos a malo.

Absolutio Précibus, tres Lectiones et Responsoria de tempore, ut in fine tertii Nocturni, pag. 20 *

In Nocturno

(Feria IV et Sabbato)

Ant. Gaude, María Virgo.

PSALMUS 95

Omnes populi adventum Domini celebrent.

Cantáte Dómino canticum novum, * cantáte Dómino, omnes terræ.

Cantáte Dómine, benédicte nómini ejus, * annuntiáte de die in diem salútem ejus.

Enarráte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópolis mirabilia ejus. —

Nam magnus est Dóminus et laudándus valde, * timéndus magis quam omnes dii.

Nam omnes dii géntium sunt figménta; * Dóminus autem cælos fecit.

Majéstas et decor præcédunt eum * poténtia et splendor sunt in sede sancta ejus. —

Tribúite Dómino, familiæ populórum, tri-

búite Dómino glóriam et poténtiam; * tribúite Dómino glóriam nóminis ejus.

Offérte sacrificíum et introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in ornátu sacro.

Contremíscet coram eo, univérsa terra; * dícite inter gentes : Dóminus regnat.

Stabilívit orbem, ut non moveátur : * regit pópulos cum æquitáte. —

Læténtrur cæli, et exsúltet terra; ísonet mare et quæ illud implent; * géstiat campus et ómnia quæ in eo sunt.

Tum gaudébunt omnes árbores silvæ coram Dómino, quia ve-nit, * quia venit régere terram.

Reget orbem terrárum cum justitia, * et pópulos cum fidelitaté sua.

Glória Patri, *etc.*

Ant. Gaude, María Virgo, cunctas hæreses sola interemísti in uni-vérso mundo.

Ant. Dignáre me.

PSALMUS 96

Hortatio ad regem Chri-stum laudandum et ado-randum.

Dóminus regnat : ex-súltet terra, * læ-téntur ínsulæ multæ.

Nubes et caligo cir-cúmdant eum, * justi-tia et jus fundaméntum sunt sólii ejus.

Ignis ante ipsum præcédit, * et combúrit in circúitu inimícos ejus.

Fúlgura ejus collú-strant orbem; * terra videt et contremíscit.

Montes ut cera liqué-scunt coram Dómino, * coram dominatóre uni-vérse terræ.

Cæli annúntiant ju-stitiam ejus; * et omnes pópuli vident gló-riam ejus. —

Confundúntur omnes qui colunt sculptília et qui gloriántur in idólis; * ante eum se pro-stérnunt omnes dii.

Audit, et lætátur Sion, et exsúltant civi-tátes Juda * propter judícia tua, Dómine.

Nam tu, Dómine, ex-célsus es super omnem

terram, * summe éminens inter omnes deos.

Dóminus díligit eos, qui odérunt malum, custódit áimas sanctórum suórum, * de manu impiórum éripit eos.

Lux óritur justo, * et rectis corde lætitia.

Lætámini, justi, in Dómino, * et celebráte nomen sanctum ejus.

Glória Patri, etc.

Ant. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta : da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ant. Post partum.

In Adventu et in Festo Annuntiationis :

Ant. Angelus Dómini.

PSALMUS 97

Congratulemur Iesu Salvatori nostro.

GAntáte Dómino cán-
ticum novum, * quia mirabília fecit.

Victóriam parávit ei déxtera ejus, * et bráchium sanctum ejus.

Notam fecit Dómi-
nus salútem suam; * in conspéctu gén-

tium revelávit justítiā suam.

Recordátus est bonitatis et fidelitatis suæ * in grátiam domus Israël.

Vidérunt omnes fines terræ * salútem Dei nostri. —

Exsultáte Dómino, omnes terræ, * lætámini et gaudéte et psállite.

Psállite Dómino cum cíthara, * cum cíthara et sónitu psaltérii,

Cum tubis et sono búcinæ : * exsultáte in conspéctu regis Dómini. —

Insonet mare et quæ illud replent, * orbis terrárum et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudant mánibus, * simul mon-
tes exsúltent.

Coram Dómino, quia venit, * quia venit rég-
gere terram.

Reget orbem terrárum cum justitia * et pópolos cum æquitáte
Glória Patri, etc.

Ant. Post partum
Virgo invioláta per-
mansísti, Dei Génitrix
intercéde pro nobis.

In Adventu et in Festo Annuntiationis :

Ant. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ, et concépit de Spíritu Sancto, allelúa.

℣. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Protérea benedíxit te Deus in æténum.

Pater noster *secreto usque ad ℣.* Et ne nos indúcas in tentatió-nem. R. Sed líbera nos a malo.

ABSOLUTIO

PRécibus et méritis beátæ Mariæ semper Virginis, et ómnium Sanctórum, per-dúcat nos Dóminus ad regna cælórum.

R. Amen.

℣. Jube, domne bene-dícere.

Extra Chorum quando ab uno tantum recitatur Officium dicitur :

Jube, Dómine, bene-dícere.

Benedictio Nos cum prole pia benedícat Virgo María. R. Amen.

Lectiones in Adventu dicendæ habentur post Te Deum, p. 23.*

LECTIO I

Eccli. 24, 11-13

IN ómnibus réquiem quæsívi, et in hereditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium : et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et dixit mihi : In Jacob inhábita, et in Israël hereditáre, et in éléctis meis mitte radíces. Tu autem Dómine miseré nobis. R. Deo grátias.

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te láudibus éfferam, néscio : * Quia quem cæli cápere non póterant, tuo grémio contulísti. ℣. Benedicta tu in muliéribus et benedictus fructus ventris tui. — Quia quem cæli cápere non póterant, tuo grémio contulísti.

℣. Jube, domne, be-nídícere.

Benedictio Ipsa Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum.

R. Amen.

Fin de l'aperçu

La suite du livre est en qualité visuelle diminuée. Le livre est toutefois complet.

Pour une version entièrement en haute définition, il est possible de se procurer à prix abordable une édition papier du livre en visitant le site suivant :

canadienfrancais.org

Ce PDF peut être distribué librement quoique certaines restrictions s'appliquent. Les détails sont indiqués à la dernière page.

LECTIO II

Eccli. 24, 15-16

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simfliter requiévi, et in Jerúsalem potéstan mea. Et radicávi in pôpulo honorificáto, et in parte Dei mei heréditas illis, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. Tu autem Dómine miseré nobis. R̄. Deo grátias.

R̄. Beáta es Virgo María, quæ Dóminum portásti Creatórem mundi : * Genuísti qui te fecit, et in ætérnum pérmanes Virgo. V. Ave, María, grátia plena, Dóminus tecum. — Genuísti qui te fecit, et in ætérnum pérmanes Virgo.

Quando dicitur Te Deum, hic additur :

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. — Genuísti qui te fecit, et in ætérnum pérmanes Virgo.

V. Jube, domne, benedicere.

Benedictio Per Virgi-nem Matrem concédat nobis Dóminus salútem et pacem. R̄. Amen.

LECTIO III

Eccli. 24, 17-20

QUASI cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in monte Sion : quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosæ in Jéricho. Quasi olíva speciosa in campis, et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamónum, et bálsamum aromatizans odórem dedi : quasi myrrha élæcta dedi suavitátem odoris. Tu autem Dómine miseré nobis.

R̄. Deo grátias.

Quando dicitur Te Deum, omittitur Respon-sorium sequens :

R̄. Felix namque es, sacra Virgo María, et omni laude dignissima : * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster. V. Ora pro pôpulo, intéreni pro clero, intercéde pro devóto femi-neo sexu : séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célébrant tuam sanctam comme-moratióñem. — Quia

ex te ortus est sol
justitiae. — Glória Pa-
tri, et Filio, et Spir-
tui Sancto. — Christus
Deus noster

*Hymnus Te Deum di-
citur quotidie. In Adven-
tu autem et a Septuagesi-
ma usque ad Pascha omit-
titur, præterquam in Festis
et Octavis B. Mariæ, si de
eis fiat Officium, et in Festo
S. Joseph.*

HYMNUS AMBROSIANUS

*Laus Sanctissimæ Tri-
nitati et Verbo incarnato.*

TE Deum laudámus : *
I te Dóminum confi-
témur.

Te ætérnum Patrem *
omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, *
tibi Cæli, et univérsæ
Potestátes :

Tibi Chérubim et Sé-
raphim * incessábili
voce proclámant :

Sanctus, Sanctus,
Sanctus * Dóminus
Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et
terra * majestatis gló-
riæ tuæ.

Te gloriósus * Apo-
stolorum chorus,

Te Prophetarum *
laudábilis númerus,

Te Mártyrum candi-
dátus * laudat exér-
citus.

Te per orbem terrá-
rum, * sancta confi-
tetur Ecclésia,

Patrem * imménsæ
majestatis,

Venerándum tuum
verum, * et únicum Fi-
lium,

Sanctum quoque *
Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ *
Christe.

Tu Patris * sempitér-
nus es Filius.

Tu ad liberándum
susceptúrus hómi-
nem : * non horruísti
Vírginis úterum

Tu devictomortis acú-
leo : * aperuísti credén-
tibus regna cælorum.

Tu ad déxteram Dei
sedes : * in glória
Patris.

Judex créderis * esse
ventúrus.

*Versus sequens dicitur
flexis genibus.*

Te ergo quæsumus,
tuis fámulis súbveni : *
quos pretioso sanguine
redemísti.

Ætérla fac cum San-
ctis tuis : * in glória
numerári.

Salvum fac pôpulum tuum, Dómine : * et bénedic hereditati tuæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in ætérnum.

Per singulos dies, * benedicimus te.

Et laudámus nomen tuum in sâculum, * et in sâculum sâculi.

Dignáre, Dómine, die isto, * sine peccâto nos custodire.

Miserére nostri, Dómine : * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos : * quemádmodum sperávimus in te.

In te Dómine sperávi : * non confundar in ætérnum.

In Adventu et in Annuntiationis Festo

LECTIO I

Luc. I, 26-38

MIssus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David,

et nomen Vírginis María. Et ingrèssus Angelus ad eam dixit : Ave grátia plena : Dóminus tecum : Benedicta tu in muliéribus. Tu autem Dómine miserére nobis. R. Deo grátias.

R. Missus est Gábriel Angelus ad Mariam Vírginem desponsátam Joseph, núntians ei verbum : et expavéscit Virgo de lúmine. Nétimeas María, invenísti grátiam apud Dóminum : * Ecce concípies, et páries, et vocábitur Altíssimi Filius. V. Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in ætérnum. — Ecce concípies, et páries, et vocábitur Altíssimi Filius.

V. Jube, domne, bénedicere.

Benedictio Ipsa Vírgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum.

R. Amen.

LECTIO II

QUÆ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus, et cogitábat

qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum : ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Iesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur : et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus; et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

R. Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum : * Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. V. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.

Si dicendus sit Te Deum, additur :

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. — Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.

V. Jube, domne, benedicere.

Benedictio Per Virginem Matrem concédat nobis Dominus salutem et pacem. R. Amen.

LECTIO III

Dixit autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei : Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concépit filium in senectute sua : et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur stérilis : quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem

Maria : Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tu autem, Dómine, miserere nobis.

R. Deo grátias.

Quando dicitur Te Deum, omittitur sequens Responsorium.

R. Súscipe verbum, Virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmíssum est : concípies, et páries Deum páriter et hóminem : * Ut benedicta dicáris inter omnes mulieres. V. Páries quidem Fílium, et virginitatis non patiéris detriméntum : efficiéris grávida, et eris mater semper intácta. — Ut benedicta dicáris inter omnes mulieres. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto. Ut benedicta dicáris inter omnes mulieres.

In privata vero recitatione Matutinum a Laudibus separari potest : quo in casu, post Hymnum Te Deum, vel ultimum Responsorium dicitur :

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

¶ *Hic Versus Dóminus vobiscum non dicitur ab eo qui non est saltem in ordine Diaconatus; sed ejus loco substituitur, etiam in aliis Horis :*

V. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

I-2 — *Per Annum et in Adventu*

Orémus.

D Eus, qui de beatæ Mariæ Virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti : præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessióibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Post Nativitatem

Orémus.

D Eus, qui salútis ætérnæ, beatæ Mariæ virginité fecunda, humáno géneri præmia præstítisti : trübue

quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Dómine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Deinde dicitur Pater noster totum secreto.

AD LAUDES

In Choro, omittitur Ave María ante Laudes. In recitatione privata, dicitur si Laudes separentur a Matutino.

Deus, ♫ in adjutórium meum inténde. R. Dómine, ad adjuvándum me festina.

Glória Patri, etc. Al-lélúia, vel Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

1 — *Per Annum.*

Ant. Assúmpta est.

2 — *In Adventu*

Ant. Missus est.

3 — *Post Nativitatem*

Ant. O admirábile com-merciúm.

PSALMUS 92

Regnum Dei Creatoris, et Christi Reparatoris extollamus.

Dominus regnat, ma-jestátem indútus est, * indútus est Dóminus poténtiam, præcínxit se,

Et firmávit orbem terrárum, * qui non commovébitur.

Firma est sedes tua ab ævo, * ab ætérno tu es. —

Extóllunt flúmina, Dómine, extóllunt flúmina vocem suam, * extóllunt flúmina fra-górem suum.

Poténtior voce aquárum multárum, potén-

tior æstibus maris : *
potens in excélsis est
Dóminus. —

Testimónia tua fide
digna sunt valde; * do-
mum tuam decet sán-
ctitas. Dómine, in lon-
gitúdinem diérum.

Glória Patri, etc.

I — Per Annum

Ant. Assúmpta est
María in cælum, gau-
dent Angeli, laudántes
benedícunt Dóminum.

Ant. María Virgo.

2 — In Adventu

Ant. Missus est Gábriel
Angelus ad Mariam Vírgi-
nem desponsátam Joseph.

Ant. Ave, María.

3 — Post Nativitatem

Ant. O admiráble com-
mércium : Créator géneris
humáni, animátum corpus
sumens, de Virgine nasci
dignátus est : et procédens
homo sine sémine, largitus
est nobis suam Deitátem.

Ant. Quando natus es.

PSALMUS 99

*Læti serviamus Deo et
Filio ejus, Christo piissimo
et dulcissimo nostro.*

Exsultáte Dómino,
omnes terræ; * ser-
víte Dómino cum læ-
titia;

Introíte in conspé-
ctum ejus * cum exsul-
tatióne.

Scítote Dóminum es-
se Deum : ipse fecit nos
et ipsíus sumus, * pó-
pulus ejus et oves
páscuæ ejus.

Introíte portas ejus
cum laude, átria ejus
cum hymno; * cele-
bráte eum, benedícite
nómini ejus.

Nam bonus est Dó-
minus, in æténum mi-
sericórdia ejus, * et in
generatióne fidélitas
ejus.

Glória Patri, etc.

I — Per Annum

Ant. María Virgo as-
súmpta est ad æthé-
reum thálamum, in quo
Rex regum stelláto se-
det sólio.

Ant. In odórem.

2 — In Adventu

Ant. Ave, María, grá-
tia plena : Dóminus te-
cum : benedicta tu in
muliéribus, allelúja.

Ant. Ne tímeas, María.

3 — Post Nativitatem

Ant. Quando natus es
ineffabiliter ex Virgine,
tunc implétæ sunt Scrip-
túræ : sicut pluvia in vel-

Ius descendisti, ut salvum
fáceres genus humánum :
te laudámus Deus noster.

Ant. Rubum quem ví-
derat.

PSALMUS 62

*Prima luce ad benedi-
cendum Dei, Iesu et Ma-
riæ nomen manus nostras
levemus.*

Deus, Deus meus
es : * sollicite te
quæro;

Te sitit ánima mea,
desíderat te caro mea, *
ut terra árida et sí-
tiens, sine aqua.

Sic in sanctuário
contémplor te, * ut ví-
deam poténtiam tuam
et glóriam tuam.

Quia mélior est grá-
tia tua quam vita, *
lábia mea prædicábunt
te. —

Sic benedicam tibi in
vita mea : * in nómine
tuo attóllam manus
meas.

Sicut ádipe et pin-
guédine satiábitur áni-
ma mea, * et lábiis ex-
sultántibus laudábit os
meum,

Cum memor ero tui
super stratum meum, *
in vigiliis meditábor de
te.

Etenim factus es ad-
jútor meus, * et in
umbra alárum tuárum
exsúlto :

Adhæret ánima mea
tibi, * me susténtat
déktera tua. —

Qui autem pérdere
quærunt ánimam me-
am, * introibunt in
profunda terræ.

Tradéntur in manus
gládii, * pórtio vúl-
pium erunt.

Rex vero lætábitur
in Deo, gloriábitur om-
nis qui jurat per eum, *
quia obstruétur os lo-
quéntium insqua.

Glória Patri, etc.

1 — Per Annum

Ant. In odórem un-
guentórum tuórum cür-
rimus : adolescéntulæ
dilexérunt te nimis.

Ant. Benedicta filia.

2 — In Adventu

Ant. Ne tímeas, María,
invenísti grátiam apud
Dóminum : ecce concípies
et páries filium, allelúja.

Ant. Dabit ei Dóminus.

3 — Post Nativitatem

Ant. Rubum quem ví-
derat Móyses incombú-
stum, conservátam agnó-

vimus tuam laudabilem
virginitatem : Dei Géni-
trix intercéde pro nobis.

Ant. Germinávit radix
Jesse.

CANTICUM TRIUM
PUERORUM

Daniel 3, 57-88 et 56

*Omnes creature benedi-
cant Dominum, qui donavit
nobis Iesum.*

Benedícite, ómnia
ópera Dómini, Dó-
mino; * laudáte et su-
perexaltáte eum in sá-
cula.

Benedícite, Angeli
Dómini, Dómino; * be-
nedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, aquæ om-
nes quæ super cælos
sunt, Dómino; * bene-
dícite, omnes exércitus
Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et lu-
na, Dómino; * benedí-
cite, stellæ cæli, Dó-
mino. —

Benedícite, omnisim-
ber et ros, Dómino; *
benedícite, omnes ven-
ti, Dómino.

Benedícite, ignis et
æstus, Dómino; * be-
nedícite, frigus et al-
gor, Dómino.

Benedícite, rores et
plúviæ, Dómino; * be-
nedícite, glâcies et ge-
lu, Dómino.

Benedícite, pruínæ
et nives, Dómino; *
benedícite, noctes et
dies, Dómino.

Benedícite, lux et té-
nebræ, Dómino; * be-
nedícite, fúlgura et nu-
bes, Dómino. —

Benedícit terra Dó-
mino, * laudet et super-
exáltet eum in sácula.

Benedícite, montes
et colles, Dómino; * be-
nedícite, univérsa ger-
minántia in terra, Dó-
mino.

Benedícite, fontes,
Dómino; * benedícite,
mária et flúmina, Dó-
mino.

Benedícite, cete, in
ómnia quæ movéntur et
aquis, Dómino; * bene-
dícite, omnes vólucres
cæli, Dómino.

Benedícite, omnes
béstiae et pécora, Dó-
mino; * laudáte et su-
per exaltáte eum in
sácula. —

Benedícite, filii hó-
minum, Dómino; * be-
nedícite, Israël, Dó-
mino.

Benedicite, sacerdotes Dómini, Dómino; * benedicite, servi Dómini, Dómino.

Benedicite, spíritus et ánime justórum, Dómino; * benedicite, sancti et húmiles corde, Dómino.

Benedicite, Ananía, Azaríá, Mísael, Dómino; * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es, Dómine, in firmaménto cæli; * et laudabilis, et superexaltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória Patri.

I — Per Annum

Ant. Benedicta filia tu a Dómino: quia per te fructum vitæ communicávimus.

Ant. Pulchra es.

2 — In adventu

Ant. Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnabit in ætérnum.

Ant. Ecce ancilla Dómini.

3 — Post Nativitatem

Ant. Germinávit radix Jesse, orta est stella ex Jacob: Virgo péperit Salvatórem: te laudámus, Deus noster.

Ant. Ecce María.

PSALMUS 148

Omnes creaturæ laudent Deum, qui nobis dedit beatam Virginem, mundi Reginam.

I Audáte Dóminum de cælis, * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus, * laudáte eum, omnes exércitus ejus.

Laudáte eum, sol et luna, * laudáte eum, omnes stellæ lucéntes.

Laudáte eum, cæli cælórum, * et aquæ quæ super cælos sunt:

Laudent nomen Dómini, * nam ipse jussit et créata sunt,

Et státuit ea in ætérnum, in sæculum: * præcéptum dedit, quod non transbit. —

Laudáte Dóminum de terra, * cete et ómnia profunda maris.

**Ignis et grando, nix
et nébula, * ventus
procéllæ, qui facit ver-
bum ejus,**

**Montes et omnes col-
les, * árbores frugiferæ
et omnes cedri,**

**Feræ et ómnia ju-
mента, * reptilia et
vólucres pennátæ,**

**Reges terræ et om-
nes pôpuli, * príncipes
et omnes júdices terræ.**

**Júvenes et étiam vîr-
gines, * senes, una-
cum púeris :**

**Laudent nomen Dó-
mini, * quia excélsum
est nomen ejus solius;**

**Majéstas ejus súpe-
rat terram et cælum, *
et altum tríbuit cornu
pôpulo suo.**

**Laus est ómnibus
sanctis ejus, * filiis
Israël, pôpulo qui pro-
pinquus est ei.**

Glória Patri, etc.

1 — Per Annum

**Ant. Pulchra es, et
decora, filia Jerúsalem :
terribilis ut castrórum
ácies ordináta.**

2 — In Adventu

**Ant. Ecce ancilla Dó-
mini, fiat mihi secúndum
verbum tuum.**

3 — Post Nativitatem

**Ant. Ecce María génuit
nobis Salvatorem; quem
Joánnes videns exclamá-
vit, dicens : Ecce Agnus
Dei, ecce qui tollit peccáta
mundi, allelúja.**

I — Per Annum

CAPITULUM

Cant. 6, 8

VIdérunt eam filiæ
Sion, et beatissi-
mam prædicavérunt,
et reginæ laudavérunt
eam.

Ry. Deo grátias.

2 — In Adventu

CAPIT. Is. II, 1-2

Erediétur virga de ra-
dice Jesse, et flos de
radice ejus ascéndet. Et
requiéscet super eam Spi-
ritus Dómini.

Ry. Deo grátias.

3 — Post Nativitatem.

CAPIT. Cant. 6, 8

VIdérunt eam filiæ Sion,
et beatissimam prædi-
cavérunt, et reginæ lauda-
vérunt eam.

Ry. Deo grátias.

HYMNUS

O Gloriósa Vírginum,
Sublímis inter síde-
ra,
Qui te creávit, párvu-
lum
Lacténte nutris úbere.

Quod Heva tristis
ábstulit,
Tu reddis almo gérmi-
ne :
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclúdis cárldines.

Tu Regis alti jánua,
Et aula lucis fúlgida :
Vitam datam per Vír-
ginem
Gentes redémptæ pláu-
dite.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vír-
gine,
Cum Patre, et almo
Spíritu,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

Ý. Benedícta tu in
muliéribus. Rý. Et bene-
dictus fructus ventris
tui.

1 — Per Annum

Ant. Beáta Dei Géni-
trix.

2 — In Adventu
Ant. Spíritus Sanctus.

3 — Post Nativitatem

Ant. Mirábile mysté-
rium.

4 — Tempore Paschali

Ant. Regina cæli.

CANTICUM ZACHARIAE

Luc. 1, 68-79

*Præcursor salutis nostræ
aurora est.*

Benedíctus Dóminus,
Deus Israël, * quia
visitávit et redémit pó-
pulum suum,

Et eréxit cornu salú-
tis nobis * in domo
David servi sui,

Sicut locútus est per
os sanctórum, * qui
olim fuérunt, prophe-
tárum suórum :

Ut liberáret nos ab
inimícis nostris, * et
e manu ómnium qui
odérunt nos,

Ut fáceret misericór-
diam cum pátribus no-
stris * et recordarétur
fœderis sui sancti :

Jurisjurándi, quod
jurávit Abrahæ, patri
nostro, * datúrum se
nobis,

Ut sine timóre, e
manu inimicórum no-

strórum liberáti, * ser-
viámus illi

In sanctitáte et justí-
tia coram ipso * ómni-
bus diébus nostris. —

Et tu, puer, prophé-
ta Altíssimi vocábe-
ris : * præsbis enim
ante fáciem Dómini ad
parándas vias ejus,

Ad dandam pópulo
ejus sciéntiam salútis *
in remissióne peccató-
rum eórum

Per víscera miseri-
córdiæ Dei nostri, *
qua visitábit nos
Oriens ex alto,

Ut illúminet eos, qui
in ténebris et in umbra
mortis sedent, * ut di-
rigat pedes nostros in
viam pacis.

Glória Patri, etc.

1 — Per Annum

Ant. Beáta Génitrix
María, Virgo perpétua,
templum Dómini, sa-
crárium Spíritus Sancti : sola sine exémplo
placuísti Dómino no-
stro Jesu Christo : ora
pro pópulo, intérveni
pro clero, intercéde pro
devóto femíneo sexu.

2 — In Adventu

Ant. Spíritus Sanctus
in te descéndet, María :
ne tímeas, habébis in útero
Fílium Dei, allelúa.

3 — Post Nativitatem

Ant. Mirábile mysté-
rium declarátur hódie :
innovántur natúræ, Deus
homo factus est : id quod
fuit permánsit, et quod
non erat assúmpsit; non
commixtióne passus,
neque divisióne.

4 — Tempore Paschali

Ant. Regína cæli læ-
táre, allelúa : quia
quem meruísti portáre,
allelúa : resurréxit,
sicut dixit, allelúa :
ora pro nobis Deum,
allelúa.

1 — Per Annum

KYrie, éléison. Chri-
ste, éléison. Kýrie,
éléison.

V. Dómine, exáudi
oratióne meam. R. Et
clamor meus ad te vé-
niat.

Orémus.

D Eus, qui de beátæ
Mariæ Virginis úte-
ro Verbum tuum, An-
gelo nuntiánte, carnem
suscipere voluísti : præ-

sta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessióibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum. R̄. Amen.

Commemoratio de Sanctis

Ant. Sancti Dei omnes, * intercédere dignémini pro nostra, omniúmque salúte.

¶. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi. R̄. Et gloriámini omnes recti corde.

Orémus.

P Rótege, Dómine, pólulum tuum, et Apostolórum tuórum Petri et Pauli, et aliórum Apostolórum patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

O Mnes Sancti tui, quásimus Dómine, nos ubique ádjuvent : ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus : et pacem

tuam nostris concéde tempóribus, et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequitiam : iter, actus, et voluntátes nostras, et ómnium famulórum tuórum, in salútis tuæ prosperitáte dispóne : benefactóribus nostris sempitéra bona retríbue : et ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætéram concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum.

R̄. Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dómino. R̄. Deo grátias.

¶. Fidélium ánime per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R̄. Amen.

2 — *In Adventu*

K Yrie, élison. Christe, K élison. K yrie, élison.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti : præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiōibus adjuvémur. Per eúm-dem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Commem. de Sanctis

Ant. Ecce Dóminus véniens, * et omnes Sancti ejus cum eo : et erit in die illa lux magna, allelúja.

V. Ecce apparébit Dóminus super nubem càn-didam. R. Et cum eo Sanctórum millia.

Orémus.

COnsciéntias nostras, quásimus Dómine, visitando purifica : ut véniens Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen.

V. Dómine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei re-quiéscant in pace.

R. Amen.

3 — Post Nativitatem

Kyrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison.

V. Dómine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui salútis ætérræ, beatæ Mariæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstítisti : tríbue quásimus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Commem. de Sanctis

Ant. Sancti Dei omnes * intercédere digné-mi pro nostra, omniúmque salúte.

V. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi. R. Et gloriámini omnes recti corde.

Orémus.

Prótege Dómine pôpu-lum tuum, et Aposto-lorum tuórum Petri et

Pauli, et aliorum Apostolorum patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

OMnes Sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubique adjúvent : ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus : et pacem tuam nostris concéde tempóribus, et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam : iter, actus, et voluntátes nostras, et ómnium famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispónere : benefactóribus nostris semperiterna bona retríbue : et ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérnam concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Y. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Benedicámus Dómini no. R. Deo grátias.

Y. Fidélium ánimæ, etc.

Deinde dicitur Pater noster totum secreto.

Denique, in publica Officii recitatione, si discedendum sit a Choro, itemque in recitatione privata, si tunc terminetur Officium; alioquin, in fine ultimæ Horæ, post Pater noster secreto recitatum, subjunxitur :

Y. Dóminus det nobis suam pacem. R. Et vitam ætérnam. Amen.

Et immediate dicitur, cum suis Versu et Oratione, una ex finalibus beatæ Mariæ Virginis Antiphonis, quæ inferius post Completorium pro diversitate Temporis assignantur.

Postea concluditur :

Y. Divínū auxíliū máneat semper nobiscum. R. Amen.

AD PRIMAM

Ave María.

DEUS,  in adjutórium meum intén-de. R. Dómine, ad adjuvándum me festina.

Glória Patri, etc.
Allelúia, vel Laus tibi,

Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

HYMNUS

Méméto, rerum Cónditor,
Nostri quod olim córporis,

Sacráta ab alvo Vírgi-
nis
Nascéndo, formam
súmpseris.

Maria, Mater grátiae,
Dulcis Parens clemén-
tiæ,
Tu nos ab hoste pró-
tege,
Et mortis hora súscipe.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vír-
gine,
Cum Patre et almo
Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

1 — Per Annum
Ant. Assúmpta est.

2 — In Adventu
Ant. Missus est.
3 — Post Nativitatem
*Ant. O admiráibile com-
mércium.*

PSALMUS 53
*Precibus Mariæ, a Jesu
auxilium petamus adversus
hostium insidias.*

Deus, in nōmine tuo
salvum me fac, *
et virtúte tua age cau-
sam meam.

Deus, audi oratió-
nem meam; * áuribus
pérçipe verba oris mei.

Nam supérbi insur-
rexérunt contra me, et
violénti quæsiérunt vi-
tam meam; * non pro-
posuérunt Deum ante
óculos suos. —

Ecce, Deus ádjuvat
me, * Dóminus sustén-
tat vitam meam.

Retórque malum in
adversários meos, * et
pro fidelitatē tua dé-
strue illos.

Voluntárie sacrificá-
bo tibi, * celebrábo no-
men tuum, Dómine,
quia bonum est.

Nam ex omni tribu-
latiōne eripuit me, * et
inimícios meos confúsos
vidit óculus meus.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 84

*Jesus, dulcis fructus Ma-
riæ, a morte et servitute
peccati nos liberat.*

Propítius fuisti, Dó-
mine, terræ tuæ; *
bene vertisti sortem
Jacob.

Dimisisti culpam pô-
puli tui; * operuisti
ómnia peccáta eórum.

Continuisti omnem
iracúndiam tuam, * de-
stituisti a furóre iræ
tuæ. —

Restítue nos, Deus
Salvátor noster, * et
depóne indignatióne
tuam adverſus nos.

Num in ætérnum ira-
scéris nobis, * aut ex-
téndes iram tuam in
omnes generatiónes?

Nonne tu vitam re-
stítues nobis, * et pô-
pulus tuus lætabitur
in te?

Osténde nobis, Dô-
mine, misericórdiam
tuam, * et salútem
tuam da nobis. —

Audiam, quid loquá-
tur Dóminus Deus : *
profécto lóquitur pa-
cem.

Pópulo suo et san-
ctis suis * et eis qui
corde convertuntur ad
eum.

Certe propínqua est
salus ejus, timéntibus
eum, * ut hábitet gló-
ria in terra nostra.

Misericórdia et fidé-
litas óbviām vénient
sibi, * justitia et pax
inter se osculabún-
tur.

Fidélitas germinabit
ex terra, * et justitia
de cælo prospíciat.

Dóminus quoque da-
bit bonum, * et terra

nostra dabit fructum
suum.

Justitia ante eum in-
cédet, * et salus in via
gréssuum ejus.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 116

*Gentes a Christo redem-
ptæ Deum laudent.*

I Audáte Dóminum,
I omnes gentes, *
prædicáte eum, omnes
pópuli,

Quóniam confirmáta
est super nos miseri-
córdia ejus, * et fidéli-
tas Dómini manet in
ætérnum.

Glória Patri, etc.

I — *Per Annum*

Ant. Assúmpta est
María in cælum, gau-
dent Angeli, laudántes
benedicunt Dóminum.

CAPITULUM *Cant. 6, 9*

Q UÆ est ista, quæ
progréditur quasi
auróra consúrgens, pul-
chra ut luna, elécta ut
sol, terrabilis ut castró-
rum ácies ordináta?

Ry. Deo grátias.

Y. Dignáre me lau-
dare te, Virgo sacráta.

Ry. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

KYrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison.

Y. Dómine, exaudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da quæsumus, ut sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse commemoratiōni: Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spíritus Sancti Deus; per ómnia sæcula sæculorum. Ry. Amen.

Y. Dómine, exaudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Benedicámus Dómino. Ry. Deo grátias.

Y. Fidélium ánimæ per misericordiam Dei requiéscant in pace.

Ry. Amen.

2 — *In Adventu*

Ant. Missus est Gábriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

CAPIT.

Is. 7, 14-15

Cece virgo concípiet, et páriat filium, et vocabitur nomen ejus Emmánuel. Butýrum et mel cōmedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum.

Ry. Deo grátias.

Y. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. Ry. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

KYrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison.

Y. Dómine, exaudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui de beatæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiōnibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculorum.

Ry. Amen.

Y. Dómine, exaudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Benedicámus Dómino. Ry. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei re- quiéscant in pace.

R. Amen.

3 — Post Nativitatem

Ant. O admiráble com- mércium : Créator géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignátus est : et procédens homo sine sémine, largitus est nobis suam Deitátem.

CAPIT. Cant. 6, 9

Q UÆ est ista, quæ pro- gréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terri- bilis ut castrórum ácies ordináta ? R. Deo grátias.

V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. R. Da mihi virtútem contra ho- stes tuos.

K Yrie, éléison. Christe, K éléison. Kýrie, éléison.

V. Dómine, exáudi ora- tionem meam. R. Et cla- mor meus ad te véniat.

Orémus.

D Eus, qui salútis æter- næ, beátæ Mariæ vir- ginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstísti : tribue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercé- dere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscípere, Dóminum no- strum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi ora- tionem meam. R. Et cla- mor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómi- no. R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei re- quiéscant in pace.

R. Amen.

Tunc dicitur tantum Pater noster secreto, nisi subsequatur alia Hora.

AD TERTIAM

Ave María.

D Eus, ✕ in adjutó- rium meum intén- de. R. Dómine, ad ad- juvándum me festína.

Glória Patri, etc. Al- lelúia, vel Laus tibi,

Dómine, Rex æternæ glóriæ.

HYMNUS

M Eménto, rerum Cónditor,
Nostri quod olim corpo- ris

Sacráta ab alvo Vir-
ginis
Nascéndo, formam súm-
pseris.

Maria, Mater grátiæ,
Dulcis Parens clemén-
tiæ,
Tu nos ab hoste pró-
tege,
Et mortis hora súscipe.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgi-
ne,
Cum Patre et almo Spí-
ritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

1 — Per Annum

Ant. María Virgo.

2 — In Adventu

Ant. Ave María.

3 — Post Nativitatem

Ant. Quando natus es.

PSALMUS 119

*Ad Christi exemplum,
odium iniquorum pacifici
sufferamus.*

AD Dóminum, cum
tribulárer, clamá-
vi * et exaudívit me.

Dómine, libera áni-
mam meam a lábio
iníquo, * a lingua do-
lósa. —

Quid dabit tibi aut
quid addet tibi, * lin-
gua dolósa?

Sagittas poténtis
acútæ * et carbónes
genistárum. —

Heu mihi, quod dego
in Mosoch, * hábito in
tentóriis Cedar!

Nímium habitávit
ánima mea * cum iis,
qui odérunt pacem.

Ego pacem cum lo-
quor, * illi urgent ad
bellum.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 120

*Protegente nos María,
auxilium Dei fidentes ex-
spectemus.*

ATtóllo óculos meos
in montes : * unde
véniet auxilium mihi?

Auxilium meum a
Dómino, * qui fecit
cælum et terram. —

Non sinet nutáre pe-
dem tuum, * non dor-
mitábit, qui custódit
te.

Ecce non dormitábit
neque dórmiet, * qui
custódit Israël. —

Dóminus custódit
te, * Dóminus proté-
ctio tua a látere dextro
tuo.

Per diem sol non
fériet te, * neque luna
per noctem. —

Dóminus custódiet
te ab omni malo : *
custódiet ánimam tu-
am.

Dóminus custódiet
éxitum tuum et intrói-
tum tuum, * et nunc et
usque in sǽculum.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 121

*Læti laudemus Deum cum
(Jerusalem) Maria, eam
deprecantes ut sit pro nobis
cæli janua.*

LÆtátus sum, † quia
dixérunt mihi : *
« In domum Dómini
íbimus ».

Jam consistunt pe-
des nostri * in portis
tuis, Jerúsalem,

Jerúsalem quæ aedi-
ficáta est ut cívitas, *
in se compácta to-
ta. —

Illuc ascéndunt tri-
bus, tribus Dómini, *
secúndum legem Isräél,
ad celebrándum nomen
Dómini.

Illic pósitæ sunt se-
des judíci, * sedes do-
mus David. —

Rogáte quæ ad pa-
cem sunt Jerúsalem! *
secúri sint qui diligunt
te!

Sit pax in móenibus
tuis, * secúritas in pa-
latiis tuis!

Propter fratres meos
et sodáles meos * lo-
quar : Pax in te!

Propter domum Dó-
mini, Dej nostri, * pre-
cábor bona tibi.

Glória Patri, etc.

I — Per Annum

*Ant. María Virgo as-
súmpta est ad æthé-
reum thálamum, in quo
Rex regum stelláto se-
det sólio.*

CAPIT. Eccli. 24, 15

ET sic in Sion firmá-
ta sum, et in ci-
vitáte sanctificáta si-
míliter requiévi, et
in Jerúsalem potéstas
mea.

R. Deo grátias.

V. Diffúsa est grátia
in lábiis tuis. R. Pro-
pterea benedíxit te
Deus in æténum.

Kyrie, éléison. Chri-
ste, éléison. Kýrie,
éléison.

V. Dómine, exáudi oratióne meam. **Ry.** Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstitisti : tribue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jésu Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum. **Ry.** Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam. **Ry.** Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino. **Ry.** Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

Ry. Amen.

2 — In Adventu

Ant. Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum : Benedicta tu in muliéribus, allelúja.

CAPIT.

Is. II, 1-2

Grediétur virga de rādice Jesse, et flos de radice ejus ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

Ry. Deo grátias.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **Ry.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

Kyrie, éléison. Christe, éléison. Kyrie, éléison.

V. Dómine, exáudi oratióne meam. **Ry.** Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluísti : præsta supplíciibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessióni bus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jésu Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sǽculórum.

Ry. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam. **Ry.** Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino. **Ry.** Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

Ry. Amen.

3 — Post Nativitatem

Ant. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc implétæ sunt Scripturæ: sicut pluvia in vellos descendisti, ut salvum fáceres genus humánum: te laudámus Deus noster.

CAPIT. *Ecclesiasticus 24, 15*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. R. Deo grátias.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Proptér ea benedíxit te Deus in æténum.

Kyrie, élison. Christe, élison. Kýrie, élison.

V. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui salútis ætérnæ, beatæ Mariæ virginítate fecúnda, humáno

géneri prémia præstitisti: tríbue quásimus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sácula sáculórum. R. Amen.

V. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster secreto, nisi subsequatur alia Hora.

AD SEXTAM

Ave María.

Deus, ✕ in adjutórium meum inténde. R. Dómine, ad adjuvándum me festína.

Glória Patri, etc. Al-
lelúja, vel Laus tibi,
Dómine, Rex ætérnæ
glóriæ.

HYMNUS

Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quod olim córpo-
ris,
Sacrata ab alvo Virgi-
nis
Nascéndo, formam
súmpseris.

**Maria Mater gratiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.**

**Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.**

1 — Per Annum

Ant. In odórem.

2 — In Adventu

Ant. Ave María.

3 — Post Nativitatem

Ant. Rubum quem viderant.

PSALMUS 122

Orationi beatæ Virginis confidentes, Deum enixerogemus ut a variis tentationibus liberemur.

AD te attollo óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce, sicut óculi servorum * ad manus dominorum suorum,

Sicut óculi ancillæ * ad manus dòminæ suæ :

Ita óculi nostri ad Dóminum, Deum nostrum, * donec misereátur nostri. —

Miserére nostri, Dómine, miserére nostri, * quia multum satiáti sumus despectiōne;

Multum satiáta est ánima nostra * irrisiōne abundántiam, despectiōne superbórum.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 123

Gratias agamus Deo pro Redemptionis benefacto.

Nisi Dóminus fuisset pro nobis, * dicat jam Israël,

Nisi Dóminus fuisset pro nobis : cum insúgerent hómines in nos, * tunc vivos deglutíssent nos.

Cum excandéseret furor eórum in nos, * tunc aqua submersíset nos;

Torrens transísset super nos; * tunc transíssent super nos aquæ tuméntes. —

Benedictus Dóminus, qui non dedit nos * in prædam dénitibus eórum.

Anima nostra sicut avis erépta est * de láqueo venántium :

Láqueus contritus est, * et nos liberati sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum et terram.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 124

Filios (Jerusalem) Mariae protegit Dominus.

Q UI confidunt in Dómino, sunt sicut mons Sion, * qui non commovétur, qui manet in æténum.

Jerúsalem circúmdant montes : * ita Dóminus circúmdat pòpulum suum, et nunc et in æténum. —

Neque enim manébit sceptrum impiórum * super sortem justórum,

Ne exténdant justi * ad iniquitátem manus suas.

Bénéfac, Dómine, bonis * et rectis corde.

Qui autem declínant in vias suas oblíquas, ábigat eos Dóminus

cum male agéntibus : * pax super Israël!

Glória Patri, etc.

1 — *Per Annum*

Ant. In odórem unguentórum tuórum cùrrimus : adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

CAPIT. *Eccli. 24, 16*

GT radicávi in pòpulo honorificáto, et in parte Dei mei heréditas illius, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. R. Deo grátias.

V. Benedicta tu in muliéribus. R. Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison.

V. Dómine, exáudi oratióne meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

GOncéde, miséricors Deus, fragilitati nostræ præsidium : ut qui sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio, a nostris iniquitáibus resurgámus. Per eúmdem Dóminum no-

strum Jesum Christum
Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sæculórum. R̄. Amen.

¶. Dómine, exáudi orationem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dómino. R̄. Deo grátias.

¶. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R̄. Amen.

2 — *In Adventu*

Ant. Ne tímeas, María : invenísti grátiam apud Dóminum : ecce concípies et páries filium, allelúia.

CAPIT. *Luc. I, 32-33*

De Abit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in æténum, et regni ejus non erit finis.

R̄. Deo grátias.

¶. Benedicta tu in muliéribus. R̄. Et benedictus fructus ventris tui.

KreYrie, éléison. Christe, éléison. KreYrie, éléison.

¶. Dómine, exáudi orationem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui de beatæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti : præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sæculórum.

R̄. Amen.

¶. Dómine, exáudi orationem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dómino. R̄. Deo grátias.

¶. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R̄. Amen.

3 — *Post Nativitatem*

Ant. Rubum quem víderat Móyses incombustum, conservátam agnóvimus tuam laudáibilem virginitátem : Dei Génitrix intercéde pro nobis.

CAPIT. *Eccli. 24, 16*

GloriaT radicávi in pôpulo honorificáto, et in parte Dei mei heréditas illius, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

R̄. Deo grátias.

V. Benedicta tu in mulieribus. R. Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

Orémus.

D^eus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: trübue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctórem vitæ

suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericordiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster secreto, nisi subsequatur alia Hora.

AD NONAM

Ave María.

D^eus, ✕ in adjutórium meum intende. R. Domine, ad adjuvandum me festina.

Glória Patri, etc. Alleluia, vel Laus tibi, Domine Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS

M^eménto, rerum Cónditor, Nostri quod olim cörperis

Sacrata ab alvo Virgini

Nascendo formam sum pseris.

Maria, Mater gratiæ, Dulcis Parens clemétiæ,

Tu nos ab hoste protege,

Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, et almo Spíitu,

In sempiterna sæcula.

Amen.

1 — Per Annum
Ant. Pulchra es.

2 — In Adventu
Ant. Ecce ancilia Dómini.

3 — Post Nativitatem
Ant. Ecce María.

PSALMUS 125

*Magnificemus Christum
 qui nos liberavit ac beneficiis cumulavit.*

CUM redúceret Dóminus captivos Sion, * fúimus sicut somniántes.

Tunc replétum est risu os nostrum, * et lingua nostra exsultatione.

Tunc dixerunt inter gentes : * « Magnifice fecit Dóminus cum eis ».

Magnifice fecit Dóminus nobiscum : * facti sumus lætantes! ---

Verte, Dómine, sortem nostram, * sicut torrentes in terra austráli.

Qui séminant in lácrimis, * in exsultatione metent.

Eúntes eunt et plorant, * semen spargéndum portantes :

Veniéntes vénient cum exsultatióne, * portantes manípulos suos.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 126

Maria est domus a Deo ædificata et habitata, omnium redemptorum Mater.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum labórant qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * in vanum vigilat custos.

Vanum est vobis súrgere ante lucem, * sedére in multam noctem,

Qui manducátis panem duri labóris : * quóniam largítur diléctis suis in somno. —

Ecce donum Dómini sunt filii, * merces est fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu bellatóris, * ita filii juventútis.

Beátus vir qui implévit eis pháretram suam : * non confundéntur, cum conténderint cum inimicis in porta.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 127

Beati Mariæ filii sint in circuitu mensæ Domini.

BÉATUS, quicumque times Dóminum, * qui ámbulas in viis ejus!

Nam labórem mánuum tuárum manducábis, * beátus eris et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis fructífera * in penetrálibus domus tuæ,

Fílli tui ut súrculi olivárum * circa mensam tuam.

Ecce sic benedícitur viro, * qui timet Dóminus! —

Benedícat tibi Dóminus ex Sion, * ut vídeas prosperitátem Je-rúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ;

Ut vídeas filios filiòrum tuórum : * pax super Israël!

Glória Patri, etc.

i — Per Annum

Ant. Pulchra es et decóra, filia Jerúsalem : terribilis ut castrórum ácies ordináta.

CAPITULUM

Eccl. 24, 19-20

TN platéis sicut cinna-mómum, et bálsamu-mum aromatízans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

R. Deo grátias.

Ý. Post partum, Virgo, invioláta permansi-sti. R. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Kyrie, éléison. Chri-ste, éléison. Kýrie, éléison.

Ý. Dómine, exáudi oratióne meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

FAmulórum tuórum, quásumus Dómine, delictis ignósce : ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitricis Fílli tui Dómini nostri intercessióne salvémur : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sácu-la sæculórum.

R. Amen.

Ý. Dómine, exáudi oratióne meam. R. Et

clamor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dómino. ¶. Deo grátias.

¶. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

Ry. Amen.

2 — In Adventu

Ant. Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

CAPIT. Is. 7, 14-15

Ecce virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emánuel. Butýrum, et mel cómedet, ut sciat reprobare malum, et elígere bonum.

Ry. Deo grátias.

¶. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ Ry. Et concépit de Spíritu Sancto.

Kyrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison.

¶. Dómine, exáudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui de beatæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti: præsta supplicibus tuis, ut qui vere cam Genitricem Dei cré-

dimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus: per ómnia sácula sáculórum. Ry. Amen.

¶. Dómine, exáudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dómino. Ry. Deo grátias.

¶. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

Ry. Amen.

3 — Post Nativitatem

Ant. Ecce María génuit nobis Salvatórem; quem Joánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúja.

CAPIT. Eccli. 23, 19-20

In platéis sicut cinnamónum, et bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitatem odoris.

Ry. Deo grátias.

¶. Post partum, Virgo, inviolata permansi. Ry. Dei Génitrix, intercede pro nobis.

Kyrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison.

¶. Dómine, exáudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui salútis ætérnae beatæ Mariæ virginitatem fecunda humano géneri præmia præstítisti: trübue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus:

per ómnia sǽcula sǽculorum. R. Amen.

¶. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

¶. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster secreto, nisi subsequatur alia Hora.

AD VESPERAS

Ave María.

Deus, ✕ in adjutórium meum intende. R. Dómine, ad adjuvandum me festina.

Glória Patri, etc. Alleluja, vel Laus tibi, Dómine, Rex æternæ glóriæ.

1 — *Per Annum*

Ant. Dum esset Rex.

2 — *In Adventu*

Ant. Missus est.

3 — *Post Nativitatem*

Ant. O admirabile comércium.

PSALMUS 109

Christi filiatio divina et æternum sacerdotium.

Dixit Dóminus Dómino meo: « Sede a dextris meis, * donec ponam inimicos tuos scabéllum pedum tuorum ».

Sceptrum potentiæ tuæ proténdet Dóminus ex Sion: * « Domínare in médio inimicorum tuorum!

Tecum principátus die ortus tui in splendore sanctitatis: * ante luciferum, tamquam rorem, genui te ». —

Jurávit Dóminus et non pænitébit eum: *

« Tu es sacérdos
in ætérnum secúndum
órdinem Melchise-
dech ». —

Dóminus a dextris
tuis : * cónteret die
iræ suæ reges.

Judicábit natiónes,
acervábit cadávera; *
cónteret cápita late per
terrā.

De torrénte in via
bibet, * proptérea ex-
tóllet caput.

Glória Patri, etc.

i — Per Annum

Ant. Dum esset Rex
in accúbitu suo, nardus
mea dedit odórem sua-
vitatis.

Ant. Læva ejus.

2 — In Adventu

Ant. Missus est Gá-
briel Angelus ad Mariam
Vírginem despósatam
Joseph.

Ant. Ave, María.

3 — Post Nativitatem

Ant. O admiráble com-
mércium : Creator géneris
humáni, animátum corpus
sumens, de Vírgine nasci
dignátus est : et procédens
homo sine sémine, largi-

tus est nobis suam Dei-
tatem.

Ant. Quando natus es.

PSALMUS 112

*Laudetur Jesus qui pau-
peres sua gratia ditat.
eisque suam Matrem (filio-
rum Lætantem) dat.*

L Audáte, servi Dó-
mini, * laudáte no-
men Dómini.

Sit nomen Dómini
benedictum * et nunc
et usque in ætérnum.

A solis ortu usque ad
occásum ejus * laudé-
tur nomen Dómini. —

Excélsus super om-
nes gentes Dóminus, *
super cælos glória
ejus.

Quis sicut Dóminus,
Deus noster, qui sedet
in alto * et óculos de-
mittit in cælum et in
terrā? —

Súblevat e púlvore
inopem, * e stércore
érigit páuperem,

Ut collocet eum cum
principib⁹, * cum
principib⁹ pópuli sui.

Habitare facit eam,
quæ stérilis erat in do-
mo, * matrem filiorum
lætantem.

Glória Patri, etc.

1 — Per Annum

Ant. Læva ejus sub
cápite meo, et déxtera
illíus amplexábitur me.

Ant. Nigra sum.

2 — In Adventu

Ant. Ave, María, grátia
plena : Dóminus tecum :
benedicta tu in muliéri-
bus, allelúia.

Ant. Ne tímeas, María.

3 — Post Nativitatem

Ant. Quando natus es
ineffabíliter ex Vírgine,
tunc implétæ sunt Scri-
ptúræ : sicut pluvia in
vellus descendísti, ut sal-
vum fáceres genus humá-
num : te laudámus Deus
noster.

Ant. Rubum quem ví-
derat.

PSALMUS 121

*Læti laudemus Deum
cum (Jerusalem) María,
eam deprecantes ut sit pro
nobis cæli janua.*

LÆtátus sum, quia
dixérunt mihi : *
« In domum Dómini
ibimus ».

Jam consistunt pedes
nostrí * in portis tuis,
Jerúsalem,
Jerúsalem quæ ædifi-

cáta est ut cívitas, * in
se compácta tota. —

Illuc ascéndunt tri-
bus, tribus Dómini, *
secúndum legem Is-
raël, ad celebrándum
nomen Dómini.

Illic pósitæ sunt se-
des judícií, * sedes do-
mus David. —

Rogáte quæ ad pa-
cem sunt Jerúsalem! *
secúri sint qui diligunt
te!

Sit pax in móenibus
tuis, * secúritas in pa-
látiis tuis!

Propter fratres meos
et sodáles meos * lo-
quar : Pax in te!

Propter domum Dó-
mini, Dei nostri, * pre-
cábor bona tibi.

Glória Patri, etc.

1 — Per Annum

Ant. Nigra sum, sed
formósa, filiæ Jerúsa-
lem : ídeo diléxit me
Rex, et introdúxit me
in cubículum suum.

Ant. Jam hiems
tránsiit.

2 — In Adventu

Ant. Ne tímeas, María;
invenísti grátiam apud
Dóminum : ecce concí-

pies et páries filium, alle-lúja.

Ant. Dabit ei Dóminus.

3 — *Post Nativitatem*

Ant. Rubum quem víderat Móyses, incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem : Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Ant. Germinávit radix Jesse.

PSALMUS 126

Maria est domus a Deo aedificata et habitata, omnium redemptorum Mater.

Nisi Dóminus aedificáverit domum, * in vanum labórant qui aedificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * in vanum vígilat custos.

Vanum est vobis súrgere ante lucem, * sedére in multam noctem,

Qui manducátis panem duri labóris : * quóniam largítur diléctis suis in somno. —

Ecce donum Dómini sunt fílli, * merces est fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu bellatóris, * ita fílli juventútis.

Beátus vir qui eis implévit pháretram suam : * non confundéntur, cum conténderint cum inimicis in porta.

Glória Patri, etc.

1 — *Per Annum*

Ant. Jam hiems tránsiit, imber ábiit, et recéssit : surge, amica mea, et veni.

Ant. Speciosa facta es * et suávis, in delfciis tuis, sancta Dei Génitrix.

2 — *In Adventu*

Ant. Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnábit in æternum.

Ant. Ecce ancilla Dómini.

3 — *Post Nativitatem*

Ant. Germinávit radix Jesse : orta est stella ex Jacob : Virgo péperit Salvatorem : te laudámus Deus noster.

Ant. Ecce María.

PSALMUS 147

Deus benedixit filiis (Ierusalem) Mariæ et adipe frumenti Eucharistici satiavit eos.

IAuda, Jerúsalem,
IA Dóminum, * lauda Deum tuum, Sion,

Quod firmavit seras
portarum tuarum, *
benedixit filiis tuis in
te.

Compósuit fines tuos
in pace, * medulla trá-
tici sátiat te.

Emittit eloquium su-
um in terram, * veló-
citer currit verbum
ejus.

Dat nivem sicut la-
nam, * pruínam sicut
cinerem spargit.

Prójicit gláciem suam
ut frústula panis; * co-
ram frigore ejus aquæ
rigéscunt.

Emittit verbum suum
et liquefácit eas; * flare
jubet ventum suum et
fluunt aquæ.

Annuntiávit verbum
suum Jacob, * statú-
ta et præcépta sua Is-
raél.

Non fecit ita ulli na-
tioni : * præcépta sua
non manifestávit eis.

Glória Patri, etc.

1 — Per Annum

Ant. Speciosa facta
es et suávis in delíciis
tuis, sancta Dei Géni-
trix.

2 — In Adventu

Ant. Ecce ancilla Dó-
mini, fiat mihi secúndum
verbum tuum.

3 — Post Nativitatem

Ant. Ecce María génuit
nobis Salvatórem; quem
Joánnes videns exclamá-
vit, dicens : Ecce Agnus
Dei, ecce qui tollit pec-
cata mundi, allelúa.

1 — Per Annum

CAPIT. *Eccli. 24, 14*

Ab initio, et ante sæ-
cula créata sum, et
usque ad futúrum sæ-
culum non désinam, et
in habitatióne sancta
coram ipso ministrávi.

R. Deo grátias.

2 — In Adventu

CAPIT. *Is. 11, 1, 2*

Grediétur virga de ra-
dice Jesse, et flos de
radice ejus ascéndet. Et
requiéscet super eum Spí-
ritus Dómini.

R. Deo grátias.

3 — Post Nativitatem

CAPIT. *Eccl. 24, 14*

Ab initio, et ante sæ-
cula créata sum, et
usque ad futúrum sæcu-
lum non désinam, et in

habitatione sancta coram
ipso ministrávi.

R. Deo grátias.

HYMNUS

Prima stropha sequentis
Hymni dicitur flexis ge-
nibus

AVE, maris stella,
Dei Mater Alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse ma-
trem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta pu-
ram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,

Spiritu Sancto,
Tribus honor unus.
Amen.

¶. Diffusa est grátia
in lábiis tuis. R. Pro-
pterea benedixit te
Deus in æténum.

1 — *Per Annum*
Ant. Beata Mater.

2 — *In Adventu*
Ant. Spíritus Sanctus.

3 — *Post Nativitatem*
Ant. Magnum heredi-
tatis mystérium.

Tempore Paschali
Ant. Regína cæli.

CANTICUM
B. MARIÆ VIRGINIS

Luc. 1, 46-55

*Extollamus Dei mise-
ricordiam, quæ mirabili
Christi conceptu in Maria,
omnes humiles corde sal-
vabit.*

Magnificat * áнима
mea Dóminum;
Et exsultávit spíri-
tus meus * in Deo sal-
vatore meo,
Quia respéxit humili-
tatem ancillæ suæ : *
ecce enim ex hoc beá-

tam me dicent omnes generatiōnes,

Quia fecit mihi magna qui potens est, * et sanctum nomen ejus,

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum. —

Fecit poténtiam bráchio suo; * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis, * et dívites dimisit inánes. —

Suscépit Israël, ser-vum suum, * recordá-tus misericórdiæ suæ,

Sicut locútus est ad patres nostros, * erga Abraham et semen ejus in sácula.

Glória Patri, etc.

i — Per Annum

Ant. Beáta Mater, et intácta Virgo, gloriósa Regina mundi, intercéde pro nobis ad Dóminum.

2 — In Adventu

Ant. Spíritus Sanctus in te descéndet María: ne tímeas, habébis in útero Fílium Dei, allelúia.

3 — Post Nativitatem

Ant. Magnum hereditatis mystérium: tem-plum Dei factus est úterus nesciéntis virum: non est pollútus ex ea carnem assúmens: omnes Gentes vénient, dicéntes: Glória tibi Dómine.

Tempore Paschali

Ant. Regína cæli, læ-tare, allelúia: quia quem meruísti portáre, allelúia: resurréxit, sicut dixit, allelúia: ora pro nobis Deum, allelúia.

i — Per Annum

Kyrie, éléison. Chri-ste, éléison. Kýrie, éléison.

V. Dómine, exáudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Cóncéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beatæ Mariæ semper Virginis interces-sione a præsénti libe-rári tristitia, et ætéerna pérfrui lætitia. Per Dó-

minum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnina saecula saeculorum.

Ry. Amen.

*Commemoratio
de Sanctis*

Ant. Sancti Dei omnes * intercedere dignemini pro nostra, omniuumque salute.

V. Lætamini in Domino, et exultate iusti. Ry. Et gloriamini omnes recti corde.

Orémus.

Prótege, Dómine, populum tuum, et Apostolorum tuorum Petri et Pauli, et aliorum Apostolorum patrocinio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

Omnes Sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubique adjuvent: ut dum eorum mérita recolimus, patrocinia sentiámus: et pacem tuam nostris concéde tempóribus, et ab Ecclésia tua cunctam repelle nequitiam: iter,

actus, et voluntátes nostras, et ómnium famulorum tuorum, in salútis tuæ prosperitáte dispónē: benefactóribus nostris sempiterna bona retríbue: et ómnibus fidélibus defunctis réquiem aeternam concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnina saecula saeculorum.

Ry. Amen.

V. Dómine, exaudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino. Ry. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

Ry. Amen.

2 — *In Adventu*

Kyrie, élison. Christe, élison. Kyrie, élison.

V. Dómine, exaudi orationem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui de beatæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nun-

tiante, carnem suscipere voluisti : praesta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sácula sæculórum. R̄. Amen.

Commem. de Sanctis

Ant. Ecce Dóminus véniet, * et omnes Sancti ejus cum eo : et erit in die illa lux magna, allelúa.

Y. Ecce apparébit Dóminus super nubem cándidam. R̄. Et cum eo Sanctórum mīllia.

Orémus.

C Onsciéntias nostras, quæsumus Dómine, visitándo purifíca : ut véniens Jesus Christus Filius tuus Dóminus noster cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sácula sæculórum. R̄. Amen.

Y. Dómine, exáudi orationem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Benedicámus Dómino. R̄. Deo grárias.

Y. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R̄. Amen.

3 — Post Nativitatem

K Yrie, éléison. Christe, éléison. K yrie, éléison.

Y. Dómine, exáudi orationem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

D Eus, qui salútis æternæ, beatæ Mariæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstítisti : tríbue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sácula sæculórum.

R̄. Amen.

Commem. de Sanctis

Ant. Sancti Dei omnes, * intercédere dignémini pro nostra, omníumque salúte.

Y. Lætámini in Dómino, et exsultáte, justi. R̄. Et gloriámini omnes recti corde.

Orémus.

P Rótege, Dómine, populum tuum, et Apostolorum tuórum Petri et Pauli, et aliórum Aposto-

lórum patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

OMnes Sancti tui, quae sumus Dómine, nos ubique adjuvent: ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus: et pacem tuam nostris concéde tempóribus, et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequitiam: iter, actus, et voluntátes nostras et ómnium famulórum tuórum, in salútis tuæ prosperitaté dispóne: benefactóribus nostris sempitérna bona retríbue: et ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam concéde. Per

Dóminum nostrum Je sum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sácula sáculórum.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióñem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

V. Fidélium ánima per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Si Completorium non immediate sequatur, dicitur tantum Pater noster secreto.

AD COMPLETORIUM

Ave María.

Convértenos, **†**Deus salutáris noster.
R. Et avérte iram tuam a nobis.

V. Deus, **†**in adju-tórium meum inténde.
R. Dómine, ad adju-vandum me festína.

Glória Patri, etc. Al-
lelúia, vel Laus tibi,
Dómine, Rex ætérnæ
glóriæ.

PSALMUS 128

*Jesu et Mariæ auxilium
adversus nocturnos hostes
implorandum.*

MUltum oppugna-vérunt me a juventúte mea, * dicat nunc Israël:

Multum oppugnavé-runt me a juventúte mea, * sed non devicé-runt me.

Supra dorsum meum aravérunt aratóres, *

longos duxérunt sulcos
suos.

Dóminus autem ju-
stus * concidit funes
impiórum. —

Confundántur et ce-
dant retro * omnes qui
odérunt Sion.

Símiles fiant grámini
tectórum, * quod prius
quam evellátur, aré-
scit;

Quo non implet ma-
num suam, qui metit, *
nec sinum suum, qui
manípulos còlligit.

Nec dicunt qui præ-
téreunt : « Benedícto
Dómini super vos! » *
« benedíctimus vobis in
nómine Dómini ». —

Glória Patri, etc.

PSALMUS 129

*Peccatorum hujus diei
veniam adprecemur per
copiosam Christi redem-
ptionem.*

DE profúndis † clamo
ad te, Dómine, *
Dómine, audi vocem
meam!

Fiant aures tuæ in-
téntæ * ad vocem obse-
cratiónis meæ. —

Si delictórum memó-
riam serváveris, Dó-

mine, * Dómine, quis
sustinébit?

Sed penes te est pec-
catórum vénia, * ut
cum reveréntia serviá-
tur tibi. —

Spero in Dóminum, *
sperat ánima mea in
verbum ejus;

Exspéctat ánima mea
Dóminum, * magis
quam custódes auró-
ram. —

Magis quam custó-
des auróram, * exspé-
ctet Israël Dóminum,

Quia penes Dómi-
num misericórdia * et
copiosa penes eum re-
démpcio :

Et ipse rédimet Is-
raël * ex ómnibus ini-
quitatibus ejus.

Glória Patri, etc.

PSALMUS 130

*Vere humiles, sicut Ma-
ria, in Deo confidunt.*

Domine, † non supér-
bit cor meum, *
neque extollúntur óculi
mei,

Nec prósequor res
grandes * aut altiôres
me ipso.

Immo compósui et
pacávi * ániam
meam,

Sicut párvulus in
grémio matris suæ : *
ita in me est áнима mea.

Spera, Israël, in Dó-
mino * et nunc et
usque in sáculum.

Glória Patri, etc.

HYMNUS

Meménto rerum
Cónditor,
Nostri quod olim cór-
poris,
Sacráta ab alvo Vír-
ginis
Nascéndo, formam
súmpseris.

Maria, Mater grátiae,
Dulcis Parens clemén-
tiæ,
Tu nos ab hoste pró-
tege,
Et mortis hora súscipe.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vír-
gine,
Cum Patre et almo Spí-
ritu,
In sempitérna sácula.
Amen.

1 — Per Annum

CAPIT. *Eccli. 24, 24*
EGO mater pulchræ
dilectionis, et timó-
ris, et agnitionis, et
sanctæ spei.

Ry. Deo grátias.

℣. Ora pro nobis
sancta Dei Génitrix.
Ry. Ut digni efficiámur
promissiónibus Christi.

2 — In Adventu

CAPIT. *Is. 7, 14-15*

Ecce virgo concípet,
et páriet filium, et
vocábitur nomen ejus
Emmánuel. Butýrum, et
mel cómedet, ut sciat
reprobáre malum, et elí-
gere bonum.

Ry. Deo grátias.

℣. Angelus Dómini nun-
tiávit Maríæ. Ry. Et con-
cépit de Spíitu Sancto.

3 — Post Nativitatem

CAPIT. *Eccli. 24 c*

EGO mater pulchræ dilec-
tionis, et timóris, et
agnitionis, et sanctæ spei.

Ry. Deo grátias.

℣. Ora pro nobis sancta
Dei Génitrix. Ry. Ut digni
efficiámur promissiónibus
Christi.

1 — Per Annum

Ant. Sub tuum præ-
sídium.

2 — In Adventu

Ant. Spíritus Sanctus.

3 — Post Nativitatem

Ant. Magnum heredi-
tatis mystérium.

*Tempore Paschali**Ant. Regína cæli.***CANTICUM SIMEONIS***Luc. 2, 29-32*

*Ante solis discessum,
adoremus Iesum veram
mundi lucem.*

Nunc dimittis ser-
vum tuum, Dómi-
ne, * secúndum ver-
bum tuum in pace :

*Quia vidérunt oculi
mei * salútem tuam,*

*Quam parásti * ante
fáciem ómnium populó-
rum,*

*Lumen ad revelatió-
nem Géntium, * et gló-
riam plebis tuæ Israël.*

*Glória Patri, etc.**i — Per Annum*

*Ant. Sub tuum præsi-
dium confúgimus san-
cta Dei Génitrix : no-
stras deprecationes ne
despicias in necessitá-
tibus, sed a periculis
cunctis libera nos sem-
per, Virgo gloriósa et
benedicta.*

2 — In Adventu

*Ant. Spíritus Sanctus
in te descendet María : ne
timeas, habébis in útero
Fílium Dei, allelúia.*

3 — Post Nativitatem

*Ant. Magnum heredi-
tatis mystérium : tem-
plum Dei factus est úte-
rus nesciéntis virum : non
est pollútus ex ea carnem
assúmens : omnes Gentes
vénient, dicéntes : Glória
tibi Dómine.*

Tempore Paschali

*Ant. Regína cæli læ-
táre, allelúia : quia
quem meruísti portáre,
allelúia : resurréxit,
sicut dixit, allelúia :
ora pro nobis Deum,
allelúia.*

i — Per Annum

Kyrie, éléison, Chri-
Kste, éléison. Kyrie,
éléison.

V. Dómine, exáudi
oratióñem meam. **R.** Et
clamor meus ad te vé-
niat.

Orémus.

Béátæ et gloriósæ
semper Vírginis
Mariæ, quássumus Dó-
mine, intercéssio glo-
riosa nos prótegat : et
ad vitam perdúcat
ætérnam. Per Dómi-
num nostrum Iesum
Christum Fílium tuum :
Qui tecum vivit et re-

gnat in unitate Spíritus
Sancti Deus : per ómnia
sæcula sæculórum.

R. Amen.

¶. Dómine, exáudi
orationem meam. R. Et
clamor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

Benedictio Benedicat
et custódiat nos omnípotens
et misericors Dóminus, Pater,
et Fílius, et Spíritus Sanctus. Amen.

2 — In Adventu

Kýrie, eléison. Christe,
éléison. Kýrie, eléison.

¶. Dómine, exáudi orationem
meam. R. Et clamor
meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui de beatæ
Mariæ Vírginis útero
Verbum tuum, Angelo
nuntiante, carnem suscipere
voluisti : præsta supplicibus
tuis, ut qui vere
eam Genitricem Dei crédimus,
ejus apud te intercessiónibus
adjuvémur. Per eúmdem Dóminum
nostrum Jesum Christum
Fílium tuum : Qui tecum
vivit et regnat in unitate
Spíritus Sancti Deus : per
ómnia sæcula sæculórum.
R. Amen.

¶. Dómine, exáudi ora-
tionem meam. R. Et clau-
mor meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dó-
mino. R. Deo grátias.

Benedictio Benedicat et
custódiat nos omnípotens
et misericors Dóminus,
Pater, ✕ et Fílius, et Spí-
ritus Sanctus. R. Amen.

3 — Post Nativitatem

Kýrie, eléison. Christe,
éléison. Kýrie, eléison.

¶. Dómine, exáudi orationem
meam. R. Et clamor
meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, qui salútis æter-
næ, beatæ Mariæ vir-
ginitate fecunda, humáno
géneri præmia præstítisti :
tríbue quæsumus, ut ipsam
pro nobis intercédere
sentiámus, per quam me-
rúimus Auctórem vitæ
suscipere, Dóminum no-
strum Jesum Christum
Fílium tuum : Qui tecum
vivit et regnat in unitate
Spíritus Sancti Deus : per
ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

¶. Dómine, exáudi orationem
meam. R. Et clamor
meus ad te véniat.

¶. Benedicámus Dó-
mino. R. Deo grátias.

Benedictio Benedicat et
custódiat nos omnípotens
et misericors Dóminus,

Pater, **+** et Filius, et Spiritus Sanctus. R^y. Amen.

Et non dicitur Versus Fidélium ánimæ, sed immediate subjungitur una ex finalibus beatæ Mariæ Virginis Antiphonis, quæ infra pro diversitate Temporis assignantur.

Postea subjungitur :
V. Divinum auxi-

lium máneat semper nobiscum. R^y. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster, Ave María et Credo.

Si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc bis dicitur Pater noster, Ave María et Credo, pro fine videlicet Officii diei præcedentis et pro initio Officii diei sequentis.

POST SINGULAS HORAS

In fine Laudum, vel, si post Laudes immediate subsequatur alia Hora, in fine ultimæ Horæ, sicuti et semper in fine Completorii, quamvis immediate subsequatur Matutinum diei sequentis, tam in publica quam in privata divini Officii recitatione; atque in publica insuper recitatione post alias quascumque Horas, si tunc terminetur Officium et discedatur a Choro, dicitur una e sequentibus Antiphonis finalibus beatæ Mariæ Virginis.

Antiphonæ finales B. Mariæ Virginis

I A Vesperis Sabbati ante Dominicam I Adventus usque ad secundas Vespertas Purificationis inclusive :

I Post Laudes ac ceteras Horas, præter Completorium, dicto Versu Fidélium ánimæ et Oratione Dominica secreto recitata, subjungitur :

V. Dóminus det nobis suam pacem. R^y. Et vitam æternam. Amen.

Atque statim dicitur una ex eisdem Antiphonis finalibus, ut infra.

II Post Completorium vero, recitata Benedictio : Benedicat et custodiat nos, immediate subjungitur una ex ipsis Antiphonis finalibus, ut infra.

ANTIPHONA

A lma Redemptoris Mater, quæ perva
cæli

Porta manes, et stella
maris, succúrre ca-
denti,
Súrgere qui curat, pó-
pulo : tu quæ ge-
nuisti,
Natúra miránte, tuum
sanctum Genítorem,
Virgo prius ac posté-
rius, Gabrélis ab ore
Sumens illud Ave, pec-
catórum miserére.

In Adventu

Ý. Angelus Dómini
nuntiávit Mariæ. R. Et
concépit de Spíritu
Sancto.

Orémus.

G Rátiam tuam, quæ-
sumus, Dómine,
mémentibus nostris infún-
de : ut qui, Angelo
nuntiánte, Christi Fílii
tui incarnatióinem co-
gnóvimus; per passió-
nem ejus et crucem,
ad resurrectiónis gló-
riam perducámur. Per
eúmdem Christum Dó-
minum nostrum.

R. Amen.

*A primis Vesperis Nati-
vitatis Domini et deinceps :*

Ý. Post partum, Vir-
go, invioláta perman-
sísti. R. Dei Génitrix,
intercéde pro nobis.

Orémus.

D Eus, qui salútis
ætérnæ, beátæ Ma-
riæ virginitáte fecúnda,
humáno géneri præmia
præstítisti : tríbue,
quæsumus, ut ipsam
pro nobis intercédere
sentiámus, per quam
merúimus Auctórem
vitæ suscipere, Dómi-
num nostrum Jesum
Christum Fílium tuum.

R. Amen.

*2 Post Purificationem,
id est, a Completorio diei
2 Februarii, etiam quando
transferatur Festum Puri-
ficationis B. Mariæ V.
usque ad Nonam Sabbati
sancti inclusive :*

ANTIPHONA

H VE, Reginá cæló-
rum, *
Ave, Dómina Angeló-
rum :
Salve, radix, salve,
porta,
Ex qua mundo lux est
orta :
Gaude, Virgo glorió-
sa,
Super omnes speciosa,
Vale, o valde decóra,
Et pro nobis Christum
exóra.

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Orémus.

Concede, misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium: ut, qui sanctae Dei Genitricis memoriam agimus; intercessio ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

3 A Vesperis Sabbati sancti usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten inclusive.

ANTIPHONA

Regina caeli, lætare,
alleluja, *
Quia quem meruisti
portare, alleluja,
Resurrexit, sicut dixit,
alleluja:
Ora pro nobis Deum,
alleluja.

V. Gaude et lætare,
Virgo Maria, alleluja.
R. Quia surrexit Dominus vere, alleluja.

Orémus.

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu

Christi mundum lætitiae dignatus es: præsta, quæsumus; ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

4 A I Vesperis Festi Ssmæ Trinitatis usque ad Nonam Sabbati ante Adventum inclusive:

ANTIPHONA

SAlve, Regina, * Mater misericordiae; vita, dulcedo et spes nostra, salve. — Ad te clamamus exsules filii Hevae. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. — Eia ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. — Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsuum ostende. — O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Orémus

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriósae Virginis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mereréatur, Spíritu Sancto cooperánte, præparásti : da, ut cujus commemoratione lætamur; ejus pia interces-

sione, ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Absoluta vero Antiphona finali, cum suis Versu et Oratione concluditur :

℣. Divinum auxilium máneat semper nobiscum. R. Amen.

POST DIVINUM OFFICIUM

Cum expletum fuerit Officium, laudabiliter dicitur sequens Oratio pro qua Summus Pontifex Pius XI sub die I Dec. 1933 Indulgentiam trium annorum concessit. Præterea Clericis in sacris constitutis et sacerdotibus eam devote post Officium recitantibus Summus Pontifex Leo X defectus, et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas, indulcit. Dicitur autem flexis semper genibus in privata etiam recitatione, præter quam ab iis, qui ob certam infirmitatis vel gravioris impedimenti causam nequeant genuflectere.

Oratio

SAcrosánctæ et individuæ Trinitati, crucifixi Dómini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ et glorióssimæ sempérque Virginis Mariæ secundæ integritati, et ómnium Sanctórum universitati sit sempiterna laus, honor, virtus et glória ab omni

creatúra, nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita sæcula sæculórum.

R. Amen.

℣. Beáta viscera Mariæ Virginis, quæ portavérunt ætérsni Patris Fílium. R. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Et dicitur secreto Pater noster et Ave María.



OFFICIUM DEFUNCTORUM

*Dicitur in Choro in die depositionis, et aliis diebus pro temporis opportunitate et ecclesiarum consuetudine: Vesperæ post Vespertas diei; Matutinum cum Laudibus post Laudes diei, immediate post V. Benedicámus Dómino et Deo grátias. Et non duplicantur Antiphone præter quam in die depositionis, in die post acceptum mortis nuntium, et tertio, septimo, trigesimo et anniversario, etiam late sumpto, et quoties, solemniter celebratur Officium. In fine vero Psalmorum dicitur: Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine. Et lux perpétua * lúceat eis, etiam si pro uno tantum fiat Officium.*

AD VESPERAS

Quoties Vesperæ vel de-lationem cadaveris ad Ec-clesiam, ac Respons. Sub-venite vel Officium diei currentis immediate non sequantur, dicitur secreto Pater et Ave, secus abso-lute incipitur a

*I Antiphona Placébo Dómino, * in régione vivórum.*

PSALMUS 114

DIligo Dóminum : quia audívit * vo-cem obsecratiónis meæ,

*Quia inclinávit au-rem suam mihi, * quo die invocávi eum.*

*Circumdedérunt me funes mortis, et láquei inferórum supervené-runt mihi, * in angórem et ærúmnas in-cidi.*

*Et nomen Dómini in-vocávi : * « O, Dómine, salva vitam meam ! » —*

*Benignus est Dómi-nus et justus, * et Deus noster misericors.*

Custódit simplices
Dóminus : * miser fui
et salvávit me.

Redi, ánima mea, ad
tranquillitátem tuam, *
quia Dóminus bene fe-
cit tibi.

Etenim erípuit án-
iam meam a morte, *
óculos meos a lácrimis,
pedes meos a lapsu.

Ambulábo coram Dó-
mino * in régione vi-
ventium.

*In fine omnium Psalmo-
rum dicitur :*

Réquiem ætérnam *
dona eis Dómine.

Et lux perpétua *
lúceat eis.

Ant. Placébo Dómi-
no in régione vivó-
rum.

Ant. Hei mihi, Dómi-
ne, * quia incolátus
meus prolongátus est.

PSALMUS 119

AD Dóminum, cum
tribulárer, clamá-
vi * et exaudívit me.

Dómine, líbera án-
iam meam a lábio iní-
quo, * a lingua doló-
sa. —

Quid dabit tibi aut
quid addet tibi, * lin-
gua dolosa?

Sagittas poténtis
acútas * et carbónes
genistárum. —

Heu mihi, quod dego
in Mosoch, * hábito in
tentóriis Cedar!

Nímium habitávit
ánima mea * cum iis,
qui odérunt pacem.

Ego pacem cum lo-
quor, * illi urgent ad
bellum.

Réquiem ætérnam.

Ant. Hei mihi, Dó-
mine, quia incolátus
meus prolongátus est.

Ant. Dóminus custó-
dit te * ab omni malo :
custódiat ániam tuam
Dóminus.

PSALMUS 120

ATtollo óculos meos
in montes : * unde
véniet auxilium mihi?

Auxilium meum a
Dómino, * qui fecit
cælum et terram. —

Non sinet nutáre pe-
dem tuum, * non dor-
mitábit, qui custódit te.

Ecce non dormitábit
neque dórmiet, * qui
custódit Israël. —

Dóminus custódit
te, * Dóminus proté-
ctio tua a látere dextro
tuo.

Per diem sol non
fériet te, * neque luna
per noctem. —

Dóminus custódiet te
ab omni malo : * custó-
dietet ánimam tuam.

Dóminus custódiet
éxitum tuum et in-
tróitum tuum, * et
nunc et usque in sácu-
lum.

Réquiem ætérnam.

Ant. Dóminus custó-
dit te ab omni malo :
custódiat ánimam tuam
Dóminus.

Ant. Si iniquítates *
observáveris, Dómine :
Dómine, quis sustiné-
bit?

PSALMUS 129

DE profúndis † clamo
ad te, Dómine, *
Dómine, audi vocem
meam!

Fiant aures tuæ in-
téntæ * ad vocem obse-
crationis meæ. —

Si delictórum memó-
riam serváveris, Dó-
mine, * Dómine, quis
sustinébit?

Sed penes te est pec-
catórum vénia, * ut
cum reveréntia serviá-
tur tibi. —

Spero in Dóminum, *
sperat áнима mea in
verbum ejus;

Exspéctat áнима mea
Dóminum, * magis
quam custódes auró-
ram. —

Magis quam custó-
des auróram, * exspé-
ctet Israël Dóminum,

Quia penes Dómi-
num misericórdia * et
copiosa penes eum re-
démpcio :

Et ipse rédimet
Israël * ex ómnibus
iniquítatibus ejus.

Réquiem ætérnam.

Ant. Si iniquítates
observáveris, Dómine :
Dómine, quis sustiné-
bit?

Ant. Opera * má-
nuum tuárum, Dómi-
ne, ne despicias.

PSALMUS 137

Celebrábo te, Dómi-
ne, ex toto corde
meo, * quia audísti
verba oris mei;

In conspéctu Ange-
lórum psallam tibi, *
prostérnam me ad tem-
plum sanctum tuum,

Et celebrábo nomen
tuum * propter bonitá-
tem et fidem tuam,

**Quia magnum fecisti
super ómnia * nomen
tuum et promíssum
tuum.**

**Quando te invocávi,
exaudísti me, * multi-
plicásti in áнима mea
robur. —**

**Celebrábunt te, Dó-
mine, omnes reges ter-
ræ, * cum audierint
verba oris tui;**

**Et cantábunt vias
Dómini : * « Vere,
magna est glória Dó-
mini ».**

**Vere, excélsus est
Dóminus, et húmilem
réspicit, * supérbum
autem e longinquo con-
tuétur. —**

**Si ámbulo in médio
tribulatióinis, vivum me
servas, contra iram inimí-
córūm meórum ex-
téndis manum tuam, *
salvum me facit déx-
tera tua. —**

**Dóminus pro me per-
ficiet cœpta. Dómine,
bónitas tua in ætérnum
manet; * ne derelique-
ris opus mánuum tuá-
rum.**

Réquiem ætérnam.

**Ant. Opera mánuum
tuárum, Dómine, ne
despicias.**

**¶. Audívi vocem de
cælo dicéntem mihi.
Ry. Beáti mórtui qui in
Dómino moriúntur.**

Ad Magnif. Ant.
**Omne * quod dat mihi
Pater, ad me véniet; et
eum qui venit ad me,
non ejsciam foras.**

**Preces infrascriptæ di-
cuntur flexis genibus; simi-
liter et ad Laudes.**

**Pater noster secreto
usque ad**

**¶. Et ne nos indúcas
in tentatióinem Ry. Sed
líbera nos a malo.**

**Sequens Ps. Lauda áni-
ma mea, non dicitur in die
obitus seu depositionis De-
functi, neque quandcumque
Officium recitatur ritu Du-
plici.**

PSALMUS 145

**L Auda, áнима mea,
L Dóminum; laudábo
Dóminum in vita
mea; * psallam Deo
meo quándiu ero. —**

**Nolite confidere in
princípibus, * in hómine,
per quem non est salus.**

**Cum exierit spíritus
ejus, revertétur in ter-
ram suam; * tunc per-
ibunt ómnia consilia
ejus. —**

Beatus, cuius adjutor
est Deus Jacob, * cuius
spes in Dómino, Deo
suo.

Qui fecit cælum et
terram, * mare, et ómnia
quæ in eis sunt.

Qui servat fidem in
ætérnum, reddit jus
oppréssis, * panem
dat esuriéntibus.

Dóminus solvit ca-
ptivos, * Dóminus
áperit óculos cæcórūm.

Dóminus éripit cur-
vátos, * Dóminus dili-
git justos.

Dóminus custódit pe-
regrínos, pupillum et
víduam susténtat, *
viam autem peccató-
rum pertúrbat.

Regnabit Dóminus
in ætérnum, * Deus
tuus, Sion, in genera-
tionem et generatió-
nem.

Réquiem ætérnam *
dona eis, Dómine.

Et lux perpétua *
lúceat eis.

Deinde : **¶**. A porta
inferi. R. Erue, Dó-
mine, ánimam ejus
(ánimas eórum).

¶. Requiéscat in
pace (Requiéscant in
pace). R. Amen.

¶. Dómine, exáudi
orationem meam R. Et
clamor meus ad te vé-
niat.

¶. Dóminus vobis-
cum. R. Et cum spíritu
tuo.

Orémus

*Dicitur Oratio conve-
niens ex iis, quæ sequuntur;
deinde ¶. Réquiem ætér-
nam, etc., ut infra, p. 79*.*

In die depositionis defuncti Oratio

Absolve, quæsumus
Dómine, ánimam
fámuli tui N. (fámulæ
tuæ N.), ut defúnctus
(-a) sǽculo tibi vivat :
et quæ per fragilitátem
carnis humána, con-
versatióne commisit,
tu vénia misericordis-
simæ pietatis abstérge.
Per Dóminum nostrum
Jesum Christum Fílium
tuum : qui tecum vivit
et regnat in unitáte
Spíritus Sancti Deus,
per ómnia sǽcula sæ-
culórum. R. Amen.

Vel alia Oratio

Deus, cui próprium
est miseréri semper
et párcere, te súpplices
exorámus pro áнима
fámuli tui N. (fámulæ

tuæ N.), quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti : ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad pátriam paradisi perduci; ut, quia in te speravit et credivit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dóminum nostrum.

In die tertio, septimo et trigesimo depositionis defuncti Oratio

Quæsumus Dómine, ut animæ famuli tui N. (famulæ tuæ N.), cuius depositionis diem tertium (*vel* séptimum, *vel* trigésimum) commemorámus, Sanctorum atque electorum tuorum largiri digneris consortium; et rorem misericordiae tuæ perennem infundas. Per Dóminum nostrum.

In Anniversario Oratio

Dócus, indulgentiarum Dómine : da animæ famuli tui N.

(famulæ tuæ N., *vel* animabus famulorum famularumque tuarum), cuius (quorum) anniversarium depositio-nis diem commemo-rámus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et lumen claritatem. Per Dóminum nostrum.

Pro Summo Pontifice defuncto Oratio

Dócus, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti : præsta, quæsumus; ut, qui unigeniti Filii tui vices in terris gerébat, sanctorum tuorum Pontificum consortio perpétuo aggregetur. Per eumdem Dóminum nostrum.

Pro defuncto Episcopo Oratio

Dócus, qui inter apostólicos Sacerdotes famulos tuos N.), pontificali fecisti dignitatē vigere : præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpétuo aggregé(n)-

tur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur: fámulum tuum N. Episcopum Cardinálem pontificáli fecisti dignitáte.

Pro Presbytero Cardinali (Episcopo) defuncto: fámulum tuum N. Presbyterum Cardinálem pontificáli fecisti.

Pro Presbytero (vel Diacono) Cardinali (Sacerdote) defuncto: fámulum tuum N. Presbyterum (Diáconum) Cardinálem sacerdotáli fecisti.

Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordine Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio Inclína, Dómine, quæ habetur paulo infra, hoc modo: ut ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinális, quam de hoc sǽculo, etc.

**Pro defuncto Sacerdote
Oratio**

Deus, qui inter apostólicos Sacerdótes fámulum tuum N. (fámulos tuos N. et N.) sacerdotáli fecisti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpétuo aggredé(n)tur consórtio. Per Dóminum.

Vel Oratio

Præsta, quæsumus Dómine: ut áнима fámuli tui N. Sacerdótis, quem in hoc sǽculo commorántem, sacris munéribus decorásti, in cælesti sede gloriósa semper exsultet. Per Dóminum.

**Pro uno Defuncto
Oratio**

Inclína, Dómine, au rem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N., quam de hoc sǽculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constitutas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

**Pro una Defuncta
Oratio**

Quæsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ N.: et a contágiiis mortalitatis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

*Pro defunctis fratribus,
propinquis et benefac-
toribus Oratio*

Deus, véniae largítor et humánæ salútis amátor : quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos et benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, beáta María semper Virgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum.

*Pro patre et matre
Oratio*

Deus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepisti : misérere cleménter animábus patris et matris meæ, eorumque peccáta dimitte; meque eos in ætérnæ claritatis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

Si fit pro pluribus, dicatur animábus paréntum nostrórum, et ubi dicitur meque, dicatur nosque.

Si pro patre tantum, dicatur ánimæ patris mei, vel nostri.

Si pro matre tantum, dicatur ánimæ matris meæ, vel nostræ.

*In Officio Defunctorum
per annum Oratio*

Deus, qui inter apostólicos Sacerdótes fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecisti dignitátē vigére : præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Deus, véniae largítor et humánæ salútis amátor: quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos et benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, beáta María semper Virgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

Fidelium, Deus, ómniū conditor et redémptor, animábus famulórum famularumque tuárum remisiónem cunctórum tribue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt,

piis supplicationibus
consequantur. Qui vi-
vis et regnas cum Deo
Patre in unitate Spiritus
Sancti Deus, per
omnia saecula saecu-
lorum. R. Amen.

*Post Orationem dicitur
(semper plurali numero) :*
V. Réquiem aeternam
dona eis, Domine. R. Et
lux perpetua luceat eis.
V. Requiescant in
pace. R. Amen.

AD MATUTINUM

*Quoties Matutinum vel
delationem cadaveris ad
Ecclesiam ac Responso-
rium Subvenite, vel Ma-
tutinum et Laudes diei
currentis immediate non
sequatur, dicitur secreto
Pater, Ave et Credo; secus
absolute incipitur ab Invita-
torio vel ab Antiphona
Nocturni.*

*Sequens Invitatorium
dicitur semper in Officio
Defunctorum, quando per-
solvitur cum tribus No-
cturnis, etiam sub ritu se-
miduplici, aut cum unico
quidem Nocturno, sed sub
ritu duplo. In reliquis
vero casibus omittitur.*

*Nocturni enim inferius
positi, praeterquam in die
Commemorationis omnium
Fidelium Defunctorum, om-
nes dici possunt vel etiam
unus tantum, ita tamen,
ut extra diem depositionis,
in qua semper dicitur pri-
mus, Dominica, Feria II
et V dicatur primus, Fe-*

*ria III et VI secundus,
et Feria IV et Sabbato
tertius Nocturnus.*

*Invit. Regem, cui
omnia vivunt, * Ve-
nire, adoremus.*

*Repetitur Regem, cui
omnia vivunt, venire,
adoremus.*

PSALMUS 94

*Venite, exultemus
Domino, acclamemus
Petrae salutis no-
strae : accedamus in
conspicuum ejus cum
laudibus, cum canticis
exultemus ei.*

*Regem, cui omnia
vivunt, venire, adoremus.*

*Nam Deus magnus
est Dominus, et Rex
magnus super omnes
deos : in manu ejus
sunt profunda terrae, et*

altitúdines móntium
ipsíus sunt.

Venite, adorémus.

Ipsíus est mare : nam ipse fecit illud, et terra sicca, quam formavérunt manus ejus : venite, adorémus et procídamus, et génuia flectámus Dómino qui fecit nos. Nam ipse est Deus noster, nos autem pópulus páscuæ ejus et oves manus ejus.

Regem, cui ómnia vivunt, venite, adorémus.

Utinam hódie vocem ejus audiátis : « Nolite obduráre corda vestra ut in Meriba, ut die Massa in desérto, ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt me, etsi viderant ópera mea.

Venite, adorémus.

Quadragínta annos tæduit me generatiónis illíus, et dixi : Pópulus errans corde sunt, et non novérunt vias meas. Ideo jurávi in ira mea : non introibunt in réquiem meam ».

Regem, cui ómnia vivunt, venite, adorémus.

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine : et lux perpétua lúceat eis.

Venite, adorémus.

Regem, cui ómnia vivunt, venite, adorémus.

In I Nocturno

*Pro Dominica,
Feria II et V*

Ant. Dirige, * Dómine, Deus meus, in conspéctu tuo viam meam.

PSALMUS 5

VERba mea áuribus pérçipe, Dómine, * atténde gémitum meum,

Advérte voci oratiónis meæ, * Rex meus et Deus meus!

Te enim déprecor, Dómine; mane audis vocem meam; * mane propóno tibi preces meas et exspécto. —

Tu enim non es Deus, cui pláceat iníquitas, * malignus apud te non commorátur, neque ímpii consistunt coram te.

Odísti omnes qui patrunt iníqua, * perdis

omnes qui loquuntur mendacium;

Virum cruentum et dolosum * abominatur Dominus. —

Ego autem, pro multitudine gratiae tuae, * ingrediardomum tuam,

Prosternar ad templum sanctum tuum * in timore tuo, Domine.

Deduc me in justitia tua propter inimicos meos; * complana viam tuam coram me. —

Nam in ore istorum non est sinceritas; * cor eorum insidias molitur;

Sepulcrum patens est guttus eorum; * linguis suis blandiuntur.

Castiga eos, Deus, * excidant consiliis suis;

Propter crimina eorum multa expelle eos, * nam contra te rebelles sunt. —

Lætentur autem omnes qui confugiunt ad te, * in perpetuum exsultent.

Et protegas eos et lætentur de te, * qui diligunt nomen tuum.

Nam tu benedices iusto, Domine: * bene-

volentia, velut scuto, circundabis eum.

Réquiem æternam.

Ant. Dirige, Domine, Deus meus, in conspectu tuo viam meam.

Ant. Convertere, * Domine, et eripe animam meam: quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

PSALMUS 6

Domine, noli me arguere in ira tua, * nec me corripere in furore tuo.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea,

Et anima mea conturbata est valde; * sed tu, Domine, quoque...? —

Revértere, Domine, eripe animam meam, * salvum me fac propter misericordiam tuam,

Quoniam non est in morte qui recordetur tui: * apud inferos quis te laudat? —

Deféssus sum gémitu meo, fletu per singulas noctes rigo le-

ctum meum, * lácrimis
meis stratum meum
perfundo.

Caligat mœrōre óculus
meus, * inverte-
ráscit propter omnes
inimicos meos. —

Recédite a me omnes
qui fáctis iniquitá-
tem, * quóniam Dómi-
nus audívit vocem fle-
tus mei;

Dóminus audívit pre-
cacióñem meam, * Dó-
minus oracióñem meam
suscépit.

Erubéscant et con-
turbéntur vehémenter
omnes inimici mei; *
recédant et erubéscant
velóciter.

Réquiem ætérnām.

Ant. Convértere, Dó-
mine, et éripe ánimam
meam : quóniam non
est in morte, qui me-
mor sit tui.

Ant. Nequándo rá-
piat * ut leo ánimam
meam, dum non est qui
rédimat, neque qui sal-
vum fáciat.

PSALMUS 7

Dómine Deus meus,
ad te confúgio; *
salva me ab ómnibus

persequéntibus me et
líbera me;

Ne quis rápiat ut leo
ánimam meam, * dis-
cépat, nec sit qui erí-
piat. —

Dómine Deus meus,
si feci istud, * si est
iniquitas in mánibus
meis,

Si áttuli amíco meo
malum, * qui salvávi
adversántes mihi in-
júste :

Insequátur inimicus
ánimam meam et ap-
prehéndat, concúlcet in
terram vitam meam, *
et honórem meum in
púlverem prostérrat. —

Exsúrge, Dómine, in
ira tua, érige te contra
rábiem oppriméntium
me, * et surge pro me
in judício, quod indi-
xisti.

Et cœtus natiónum
circúmdet te, * et sede
super eum in alto.

Dóminus judex est
populórum : jus redde
mihi, Dómine, secún-
dum justítiam meam *
et secúndum innocé-
tiám, quæ est in me.

Désinat nequítia im-
piórum et confírma ju-
stum, * scrutans cor-

da et renes, Deus iuste. —

Clípeus mihi est Deus, * qui salvat rectos corde.

Deus est judex iustus, * et Deus cōmminans cotidie.

Nisi convertántur, ácuet gládium suum, * tendet arcum et díriget eum,

Et eis parábit tela mortis, * sagittas suas fáciet ardéntes. —

Ecce, concépit iniqüitátem et grávidus est malítia * et parit dolum.

Fossam fodit et excavávit, * sed incidit in fóveam quam fecit.

Convertétur malítia ejus in caput ipsius, * et in vérticem ipsius violéntia ejus redíbit.

Ego autem laudábo Dóminum pro justitia ejus, * et psallam nómini Dómini altissimi.

Réquiem ætérnam.

Ant. Nequándo rápiat ut leo ániam meam, dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

V. A porta inferi.
Ry. Erue, Dómine, ánimas eórum.

Pater noster *totum secreto.*

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictiōnibus et Titulo.

LECTIO I *Job, 7, 16-21*

Parce mihi, Dómine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Visitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glútiam salívam meam? Pecávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihi et ipsi gravis? Cur non tollis pecátum meum, et quare non aufers iniqüitátem meam? ecce nunc in púlvere dórmiam: et si mane me quæsieris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, vel alia conclusione.

Ry. Credo quod Redémptor meus vivit, et

in novíssimo die de terra
surrecturus sum : * Et
in carne mea vidébo
Deum, Salvatorem me-
um. ¶ Quem visurus
sum ego ipse, et non
álius : et oculi mei con-
spectúri sunt. — Et in
carne.

LECTIO II *Job 10, 1-7*

Tædet ánimam me-
am vitæ meæ, di-
mittam advérsum me
elóquium meum, loquar
in amaritúdine ánimæ
meæ. Dicam Deo : Noli
me condemnare : indica
mihi cur me ita júdices.
Numquid bonum tibi
vidétur, si calumniéris
me, et ópprimas me
opus mánuum tuárum,
et consílium impió-
rum áduves? Numquid
óculi cárnei tibi sunt :
aut sicut videt homo,
et tu vidébis? Numquid
sicut dies hóminis dies
tui, et anni tui sicut
humána sunt témpora,
ut quæras iniquitátem
meam, et peccátum
meum scrutéris? Et
scias quia nihil ímpium
fécerim, cum sit nemo
qui de manu tua possit
erúere.

R. Qui Lázarum re-
suscitásti a monumén-
to fœtidum : * Tu eis,
Dómine, dona réquiem,
et locum indulgéntiæ.
¶ Qui venturus es ju-
dicare vivos et mórtu-
uos, et sǽculum per-
ignem. — Tu eis.

LECTIO III

Job 10, 9-12

MAnus tuæ fecérunt
me, et plasmavé-
runt me totum in cir-
cúitu : et sic repénte
præcipitas me? Memén-
to quæso quod sicut
lutum féceris me, et in
púlverem redúces me.
Nonne sicut lac mulsi-
sti me, et sicut cáseum
me coagulásti? Pelle et
cárnibus vestisti me :
óssibus et nervis com-
pegísti me : Vitam et
misericórdiam tribui-
sti mihi, et visitatio
tua custodívit spíritum
meum.

R. Dómine, quando
véneris judicare ter-
ram, ubi me abscón-
dam a vultu iræ tuæ?
* Quia peccávi nimis
in vita meæ. ¶ Com-
míssa mea pavéscō, et

ante te erubéscō : dum
vénēris judicāre, noli
me condemnāre. —

Quia. V. Réquiem ætér-
nam dona eis, Dómine :
et lux perpétua lúceat
eis. — Quia.

*Postea ad Laudes, ut
infra 95* quando dicitur
unum tantum Nocturnum.*

*Quando tamen in die de-
positionis defuncti Laudes
non dicuntur, post iii Re-
sponsorium dicuntur Pater
noster et Preces, ut infra
ad Laudes.*

In II Nocturno

Pro Feria III et VI

Ant. In loco páscuæ *
ibi me collocávit.

PSALMUS 22

Dominus pascit me :
nihil mihi deest; *
in páscuis viréntibus
cubáre me facit.

Ad aquas, ubi quié-
scam, condúcit me; *
réficit ánimam meam.

Dedúcit me per sémi-
tas rectas * propter
nomen suum.

Etsi incédam in valle
tenebrósa, * non timé-
bo mala, quia tu me-
cum es.

Virga tua et báculus
tuus : * hæc me conso-
lántur. —

Paras mihi mensam *
spectántibus adversá-
riis meis;

Inúngis óleo caput
meum; * calix meus
ubérrimus est.

Benignitas et grá-
tia me sequéntur *
cunctis diébus vitæ
meæ.

Et habitábo in domo
Dómini * in longíssima
témpora.

Réquiem ætérnam.

Ant. In loco páscuæ
ibi me collocávit.

Ant. Delicta * juven-
tútis meæ, et ignorán-
tias meas ne memíne-
ris, Dómine.

PSALMUS 24

H D te attóllo ánimam
meam, * Dómine,
Deus meus.

In te confido : ne
confúndar! * ne ex-
sultent de me inimici
mei!

Etenim univérsi, qui
sperant in te, non con-
fundéntur; * confun-
déntur, qui fidem téme-
re frangunt.

Vias tuas, Dómine,
osténde mihi * et sémi-
tas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte
tua et doce me, quia
tu es Deus salvátor
meus : * et in te spero
semper.

Reminiscere misera-
tiónum tuárum, Dómi-
ne, * et misericordiá-
rum tuárum, quæ a
sáculo sunt.

Peccáta juventútis
meæ et delicta mea ne
memíneris; secúndum
misericórdiam tuam
meménto mei tu, * pro-
pter bonitátem tuam,
Dómine. —

Bonus et rectus est
Dóminus : * proptér-
ea peccatóres édocet
viam.

Dífrigit húmiles in
justitia, * docet húmi-
les viam suam.

Omnes sémitæ Dó-
mini grátia et fidéli-
tas * iis qui obsérvant
fœdus ac præcépta
ejus.

Propter nomen tuum,
Dómine, * dimíttes pec-
cátum meum : grande
est enim.

Quis est vir, qui ti-
met Dóminum, * docet

eum, quam viam éli-
gat.

In bonis morábitur
ipse, * et semen ejus
possidébit terram.

Familiáris est Dómi-
nus timéntibus eum, *
et fœdus suum mani-
festat eis.

Oculi mei semper ad
Dóminum, * quia ipse
éruet de láqueo pedes
meos. —

Réspice in me et mi-
serére mei, * nam solus
et miser sum ego.

Alleva angústias cor-
dis mei, * et de anxie-
tátibus meis érue me.

Vide misériam meam
et labórem meum, * et
dimítte univérsa deli-
cta mea.

Réspice inimicos
meos : sunt enim mul-
ti, * et ódio violénto
odérunt me.

Custódi ánimam me-
am et éripe me, * ne
confúndar quod con-
fugi ad te.

Innocéntia et próbi-
tas me tueántur, * quó-
niám spero in te, Dó-
mine.

Libera, Deus, Is-
raël * ex ómnibus an-
güstiis ejus.

Réquiem ætéram *
dona eis Dómine.

Et lux perpétua *
lúceat eis.

Ant. Delicta juven-
tútis meæ, et ignorán-
tias meas ne memíne-
ris, Dómine.

Ant. Credo vidére *
bona Dómini in terra
vivéntium.

PSALMUS 26

Dominus lux mea et
salus mea : quem
timébo? * Dominus
præsidium vitæ meæ :
a quo trepidábo?

Cum invádunt me
maligni, ut edant car-
nem meam, * hostes
mei et inimici mei, la-
buntur et cadunt.

Si stéterint advér-
sum me castra, non ti-
mébit cor meum; * si
surréxerit contra me
bellum, ego confi-
dam. —

Unum peto a Dómi-
no; hoc requiro : * ut
hábitem in domo Dó-
mini cunctis diébus
vitæ meæ,

Ut fruar suavitáte
Dómini, * et aspíciam
templum ejus.

Etenim abscóndet me
in tentório suo die ma-
lo, * occultábit me
in ábdito tabernáculi
sui, in petram extóllet
me.

Et nunc caput meum
erígitur * super ini-
micos qui circúmstant
me.

Et immolábo in ta-
bernáculo ejus hóstias
exsultatiónis, * can-
tábo et psallam Dó-
mino. —

Audi, Dómine, vo-
cem meam qua clá-
mo, * miserére mei et
exáudi me

Tibi lóquitur cor
meum; te quærít fá-
cies mea; * fáciem
tuam, Dómine, quæro.

Noli abscóndere fá-
ciam tuam a me, * noli
repéllere in ira servum
tuum.

Auxlium meum es
tu; ne abjéceris me, *
ne ve dereliqueris me,
Deus, salvátor meus.

Si pater meus et ma-
ter mea dereliquerint
me, * Dóminus tamen
me suscipiet. —

Doce me, Dómine,
viam tuam, * et de-
duc me in sémita pla-

na propter adversários meos.

Ne tradíderis me desidério inimicórum meórum, * quóniam insurrexérunt in me testes mendáces et qui violéntiam spirant.

Credo visúrum me bona Dómini * in terra vivéntium.

Exspécta Dóminum, esto fortis, * et roborétur cor tuum, et exspécta Dóminum.

Réquiem ætérnam.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

¶. Collocet eos Dóminus cum principib⁹.

Ry. Cum principib⁹ pópuli sui.

Pater noster *totum secreto.*

LECTIO IV

Job 13, 22-28

Respónde mihi : Quantas hábeo ini-quitátes et peccáta, scélera mea et delicta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, et arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápi-

tur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris : scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti : qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tinea.

Ry. Meménto mei, Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspíciat me visus hóminis.

¶. De profúndis clamávi ad te, Dómine : Dómine, exáudi vocem meam. — Nec.

LECTIO V *Job, 14, 1-6*

Homo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperire óculos tuos, et addúcere eum tecum in ju-

díciū? Quis potest fácerē mundum de im-mundo concéptum sé-mine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménſium ejus apud te est: constituísti térmī-nos ejus, qui præteríri non pótérunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercená-rii dies ejus.

Ry. Hei mihi, Dó-mine, quia peccávi ni-mis in vita mea: Quid fáciam, miser? ubi fú-giam; nisi ad te, Deus meus? * Miserére mei, dum véneris in novís-simo die. ¶ Anima mea turbáta est valde, sed tu, Dómine, suc-cúrre ei. — Miserére.

LECTIO VI Job 14, 13-16

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno pró-tegas me, et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, et constí-tuas mihi tempus in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursum vivat? Cunctis diébus quibus nunc mí-

lito, exspécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánum tuárum pór-rides dékteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

Ry. Ne recordéris pec-cáta mea, Dómine, * Dum véneris judicáre sáeculum per ignem. ¶ Dirige, Dómine Deus meus, in conspéctu tuo viam meam. — Dum. ¶ Réquiem ætérnam. — Dum.

Postea ad Laudes, ut infra 95 quando dicitur unum tantum Nocturnum.*

In III Nocturno

Pro Feria IV et Sabbato

Ant. Compláceat * tibi, Dómine, ut erípias me: Dómine, ad adju-vandum me résponce.

PSALMUS 39

SPerávi, sperávi in Dómino, et inclinávit se ad me, * et exaudívit clamórem meum.

Et extráxit me de fossa intéritus, de luto

cæni, et státuit super petram pedes meos, * firmávit gressus meos.

Et pósuit in ore meo cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et verebúntur, * et sperábunt in Dómino. —

Beátus vir, qui pósuit in Dómino spem suam, * nec sectátur idolórum cultóres et declinántes ad falsa.

Multa fecísti tu, Dómine, Deus meus, mirabília tua, * et consíliis erga nos nemo est similis tibi.

Si ea volúerim narrare et éloqui, * plura sunt, quam quæ numerári possint. —

Sacrificium et oblationem noluísti, * sed aures aperuísti mihi.

Holocáustum et víctimam pro peccáto non postulásti : * tunc dixi : « Ecce vénio; in volúmine libri scriptum est de me :

Fácere voluntátem tuam, Deus meus, me deléctat, * et lex tua est in præcórdiis meis ».

Annuntiávi justítiam in coetu magno; * ecce

lábia mea non cohíbui : Dómine tu nosti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo; * fidelitátem tuam et auxílium tuum narrávi.

Non occultávi grátiam tuam, * et fideli-tátem tuam cœtui magno. —

Tu Dómine, ne prohibúeris miseratiónes tuas a me; * grátia tua et fidélitas tua semper me consérvent.

Nam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus, * comprehendérunt me culpæ meæ, ut non possim vidére.

Plures sunt quam capilli cápitíis mei, * et ánimus meus me defécit. —

Pláceat tibi, Dómine, ut erípias me; * Dómine, ad adjuván-dum me festína.

Confundántur et eru-béscant omnes, * qui quærunt vitam meam, ut áuferant eam.

Cedant retrórsum et pudóre afficiántur, * qui delectántur malis meis.

Obstupescant confusione operti, * qui dicunt mihi : Euge, euge !

Exsultent et laetentur in te omnes, qui querunt te, * et dicant semper : « Magnificetur Dominus », qui desiderant auxilium tuum.

Ego autem miser sum et pauper * sed Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus et liberator meus es tu; * Deus meus, ne tardaveris.

Réquiem aeternam.

Ant. Compláceat tibi, Dominus, ut eripias me : Dominus, ad adjuvandum me respice.

Ant. Sana, Dominus, * animam meam, quia peccavi tibi.

PSALMUS 40

BÉATUS qui cogitat de regno et páuperem : * die malo salvabit eum Dominus.

Dominus custodiet eum, et vivum servabit eum, et beatum faciet eum in terra, * nec tradet eum voluntati inimicorum ejus.

Dominus opem feret illi in lecto doloris : * totam infirmitatem ejus auferet in morbo ejus. —

Ego dico : Domine, miserere mei ; * sana me, quia peccavi tibi.

Inimici mei malum de me dicunt : * « quando morietur et peribit nomen ejus ? »

Et qui venit, ut invasat, loquitur inania ; * cor ejus iniqua colligit sibi, foras egressus elouquitur.

Simul contra me suurrant omnes qui me odérunt ; * cōgitant contra me quae sunt mihi mala :

« Pestis maligna immissa est ei », * et « qui decubuit, non amplius resurget ».

Etiam amicus meus, cui fisis sum, * qui panem meum comedit, contra me calcaneum movit. —

Tu autem, Dominus, miserere mei, et érige me, * ut retribuam eis.

Inde cognoscam te favere mihi, * quod non exsultabit de me inimicus meus.

Me autem incólumen sustentábis, * et pones me in conspéctu tuo in æténum. —

Benedictus Dóminus, Deus Israël, * a sǽculo in sǽculum. Fiat, fiat.

Réquiem æténam.

Ant. Sana, Dómine, ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ant. Sitívit * áнима mea ad Deum vivum : quando véniam, et apparébo ante fáciem Dómini?

PSALMUS 41

Quemádmodum desiderat cerva rivos aquárum, * ita desiderat áнима mea te, Deus.

Sitit áнима mea Deum, Deum vivum : * quando véniam et vi-débo fáciem Dei?

Factæ sunt mihi lácrimæ meæ panis die ac nocte, * dum dicunt mihi quotidie : « Ubi est Deus tuus? »

Illud recórdor et ef-fundo ánimum meum intra me : quómodo in-césserim in turba, *

præcésserim eos ad domum Dei,

Inter voces exsulta-tiónis et laudis, * in cœtu festivo.

Quare depriméris, áнима mea, * et tu-multuáris in me?

Spera in Deum : quia rursus celebrábo eum, * salútem vultus mei et Deum meum. —

In me ipso áнима mea deprimitur : * ídeo recórdor tui ex terra Jordánis et Hermon, ex monte Misar.

Gurges gúrgitem vo-cat cum fragóre cata-ractárum tuárum : * omnes fluctus et undæ tuæ super me transié-runt.

Per diem largiátur Dóminus grátiam su-am, * et nocte canam ei, laudábo Deum vitæ meæ.

Dico Deo : Petra mea, cur oblívisceris mei? * Quare tristis in-cédo, ab inimíco op-préssus?

Ossa mea frangún-tur, dum insúltant mihi aduersári mei, * dum dicunt mihi quotidie : « Ubi est Deus tuus? »

Quare depriméris,
ánima mea, * et tu-
multuáris in me?

Spera in Deum : quia
rursus celebrábo eum, *
salútem vultus mei et
Deum meum.

Réquiem ætérnam.

Ant. Sitívit ánima
mea ad Deum vivum :
quando véniam, et ap-
parébo ante fáciem Dó-
mini?

Ý. Ne tradas béstiiis
ánimas confiténtes tibi.
Rý. Et ánimas páupe-
rum tuórum ne oblivi-
scáris in finem.

Pater noster *totum
secreto.*

LECTIO VII

Job, 17, 1-3; 11-15

Spíritus meus atte-
nuábitur, dies mei
breviabúntur, et solum
mihi súperest sepúl-
crum. Non peccávi, et
in amaritudínibus mo-
rátur óculus meus. Li-
bera me, Dómine, et
pone me juxta te, et cu-
júsvis manus pugnet
contra me. Dies mei
transiérunt, cogita-
tiones meæ dissipátæ
sunt, torquéntes cor

meum. Noctem verté-
runt in diem, et rursum
post ténebras spero lu-
cem. Si sustinúero, in-
férnus domus mea est,
et in ténebris stravi
léctulum meum. Putré-
dini dixi : Pater meus
es, mater mea, et soror
mea, vérbibus. Ubi est
ergo nunc præstolátio
mea, et patiéntiam
meam quis considerat?

Rý. Peccántem me
quotidie, et non me pœ-
niténtem, timor mortis
contúrbat me : * Quia
in inférno nulla est red-
émptio, miserére mei,
Deus, et salva me.
Ý. Deus, in nómine
tuo salvum me fac, et
in virtúte tua libera
me. — Quia.

LECTIO VIII

Job, 19, 20-27

Pelli meæ, consúm-
ptis cárnibus, ad-
hésit os meum, et dere-
licta sunt tantúmmodo
lábia circa dentes meos.
Miserémini mei, misé-
rémini mei, saltem vos,
amíci mei, quia manus
Dómini tétigit me.
Quare persequímini me
sicut Deus, et cárnibus

meis saturámini? Quis mihi tribuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod Redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum: et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

Ry. Dómine, secúndum actum meum noli me judicáre: nihil dignum in conspéctu tuo egi: ídeo déprecor majestátem tuam, * Ut tu, Deus, déleas iniquitátem meam. V. Amplius lava me, Dómine, ab injustitia mea, et a delicto meo munda me.
— Ut.

LECTIO I

Job, 10, 18-22

Q Uare de vulva edu-xisti me? qui útinam consúmptus es-

sem ne óculus me vi-déret. Fuísem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum: ánte-quam vadam, et non revértar, ad terram te-nebrósam et opértam mortis calígine: ter-ram misériæ et tene-brárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

Sequens Ry. tunc ponitur quando dictus fuerit tertius Nocturnus tantum pro Defunctis.

Ry. Libera me, Dómi-ne, de viis inférsi, qui portas æreas confregisti: et visitásti inférnum, et dedísti eis lu-men, ut vidérent te: * Qui erant in pœnis tenebrárum. V. Clamántes et dicéntes: Advenísti Redémptor noster. Qui. V. Ré-quietum ætérnam. — Qui.

*Sequens R. ponitur loco
præcedentis, quando tres
Nocturni dicti fuerint pro
Defunctis.*

R. Libera me, Dómine, de morte æterna in die illa tremenda : * Quando cæli movéndi sunt et terra : * Dum vénoris judicáre sǽculum per ignem. V. Tremens factus sum ego, et tímeo, dum discússio vénorit, atque ventúra ira. Quando. V. Dies illa, dies iræ, calamitatis et misériæ, dies magna et amára valde. Dum. V. Réquiem æternam. Libera me. usque ad primum V.

Si Matutinum cum unico vel tribus Nocturnis, in privata recitatione a Lau-

dibus separetur, post ultimum Responsorium subjungitur :

V. Dóminus vobis-
cum. R. Et cum spíritu tuo.

Deinde dicitur Oratio (seu dicuntur Orationes) ut supra in Vesperis 75 additis sequentibus :*

V. Réquiem æternam dona eis, Dómine. R. Et lux perpétua luceat eis.

V. Requiéscant in pace. R. Amen.

Laudes vero, dictis secreto Pater et Ave, absolute inchoantur ab Ant. Exsultábunt Dómino.

Sed in recitatione publica vel privata, si Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur Preces, ut infra ad Laudes.

AD LAUDES

*Ant. Exsultábunt * Dómino ossa humiliáta.*

PSALMUS 50

Miserere mei Deus, secúndum misericordiam tuam; * secundum multitúdinem mi-

seratiónum tuárum de le iniquitátem meam.

Pénitus lava me a culpa mea, * et a peccáto meo munda me. —

Nam iniquitátem meam ego agnósco, * et

peccátum meum coram
me est semper.

Tibi soli peccávi *
et, quod malum est
coram te, feci,

Ut manifestéris ju-
stus in senténtia tua, *
rectus in judício tuo.

Ecce, in culpa na-
tus sum, * et in pec-
cáto concépit me mater
mea.

Ecce, sinceritáte cor-
dis delectáris, * et in
præcordiis sapiéntiam
me doces. —

Aspérge me hyssó-
po, et mundábor; *
lava me, et super ni-
vem dealbábor.

Fac me audire gáu-
dium et lætitiam, * ex-
sultent ossa quæ con-
trivísti.

Avérte fáciem tuam
a peccátis meis, * et
omnes culpas meas de-
le. —

Cor mundum crea-
míhi, Deus, * et spíri-
tum firmum rénova in
me.

Ne projéceris me a
fácie tua, * et spíritum
sanctum tuum ne abs-
túleris a me.

Redde mihi lætitiam
salútis tuæ, * et spí-

ritu generóso confírma
me. —

Docébo iníquos vias
tuas, * et peccatóres ad
te converténtur.

Líbera me a pœna
sanguinis, Deus, Deus
salvátor meus; * ex-
sultet lingua mea de
justitia tua.

Dómine, lábia mea
apéries, * et os meum
annuntiábit laudem
tuam.

Neque enim sacrificio
delectáris; * et holocáustum,
si darem, non
acceptáres.

Sacrificium meum,
Deus, spíritus contrí-
tus : * cor contrítum et
humiliátum, Deus, non
despícies. —

Benígne fac Dómine,
pro bonitaté tua, erga
Sion, * ut reædífices
muros Jerúsalem.

Tunc acceptábis sa-
crifícia legítima, obla-
tiónes et holocáusta, *
tunc ófferent super al-
táre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam.

Ant. Exsultábunt Dó-
mino ossa humiliáta.

Ant. Exáudi, Dómi-
ne, * oratióne meam :
ad te omnis caro véniet.

PSALMUS 64

TIE decet hymnus,
Deus, in Sion * et
tibi reddatur votum,
qui exaudis preces.

Ad te omnis caro ve-
nit* propter iniquitátes.

Opprimunt nos delí-
cta nostra : * tu ea
dimitis.

Beatus, quem éligis
et assúmis : * inhábitat
in átriis tuis.

Satiémur bonis do-
mus tuæ, * sanctitaté
templi tui. —

Signis stupéndis ex-
áudis nos cum justi-
tia, * Deus, salvátor
noster.

Spes ómnium fínium
terræ * et márium pro-
cul,

Qui firmas montes
virtúte tua, * accín-
ctus poténtia,

Qui compéscis sóni-
tum maris, * sónitum
flúctuum ejus et tu-
múltum natiónum :

Et timent, qui hábi-
tant térmilos terræ,
propter signa tua; *
extréma Oriéntis et
Occidéntis gáudio re-
ples. —

Visitásti terram et

irrigásti eam, * mul-
tum locupletásti eam.

Rivus Dei replétus
est aquis, parásti fru-
mémentum eórum; * ita
enim parásti eam :

Sulcos ejus irrigá-
sti, * complanásti gle-
bas ejus,

Imbribus eam molli-
sti, * benedixísti gér-
mini ejus.

Coronásti annum be-
nignitáte tua, * et sé-
mitæ tuæ pinguédinem
stillant.

Stillant páscua de-
sérti, * et colles exsul-
tatióne se cingunt.

Vestiúntur grégibus
arva, et valles operiún-
tur fruménto : * acclá-
mant et cantant.

Réquiem ætérnam.

Ant. Exáudi, Dómi-
ne, oratióne meam :
ad te omnis caro véniet.

Ant. Me suscépit *
déxtera tua, Dómine.

PSALMUS 62

Deus, Deus meus
D es : * sollícite te
quæro;

Te sitit ánima mea,
desíderat te caro mea, *
ut terra árida et sí-
tiens, sine aqua.

Sic in sanctuário
contémplor te, * ut ví-
deam poténtiam tuam
et glóriam tuam.

Quia mélior est grá-
tia tua quam vita, *
lábia mea prædicábunt
te. —

Sic benedícam tibi in
vita mea : * in nómine
tuo attóllam manus
meas.

Sicut ádipe et pín-
guédine satiábitur áni-
ma mea, * et lábiis
exsultántibus laudábit
os meum,

Cum memor ero tui
super stratum meum, *
in vigiliis meditábor
de te.

Etenim factus es
adjútor meus, * et in
umbra alárum tuárum
exsúlto :

Adháret ánima mea
tibi, * me susténtat
déktera tua. —

Qui autem pérdere
quærunt ánimam me-
am, * introibunt in
profunda terræ.

Tradéntur in manus
gládii, * pórtio vúl-
pium erunt.

Rex vero lætábitur
in Deo, gloriábitur om-
nis qui jurat per

eum, * quia obstruétur
os loquéntium iníqua.
Réquiem ætérnam.

Ant. Me suscépit
déktera tua, Dómine.

Ant. A porta inferi *
érue, Dómine, ániam
meam.

CANTICUM EZECHIÆ

Is. 38, 10-12

Go dixi : In dimídio
diérum meórum va-
dam ad portas inferi *
frustrátus résiduo an-
nórum meórum.

Dixi : Non jam vidé-
bo Dóminum in terra
vivéntium; * non jam
conspíciam hóminem
inter habitatóres terræ.

Habitálio mea dis-
solvétur, * et auferétur
a me ut tentórium pa-
stórum.

Convólvo sicut tex-
tor vitam meam; a filo
me abscíndit : * die
noctúque crúcias me.

Vociferor usque ad
mane; sicut leo con-
fríngit ómnia ossa
mea : * die noctúque
crúcias me.

Ut hirúndo, sic pípio, *
gemo ut colúmba.

Deficiunt óculi mei
suspiciéntes in altum : *

Dómine, vim pátor,
adésto mihi. —

Quid loquar? Nam
ipse dixit mihi et ipse
fecit! complébo omnes
annos meos, * superá-
ta amaritúdine ánimæ
meæ.

Quos tuétur Dómi-
nus, illi vivunt, et inter
eos complébitur vita
spíritus mei : * sanum
me fecisti et servásti
vivum!

Ecce, in salútem mu-
távit mihi amaritúdi-
nem meam : tu enim
servásti ánimam meam
a fóvea intéritus; *
nam post te projecistí
ómnia peccáta mea.

Profécto non infér-
nus célebrat te, neque
mors te laudat; * non
sperant, qui descén-
dunt in fóveam, fideli-
tatem tuam.

Vivens, vivens cé-
lebrat te, ut ego hó-
die : * pater filiis no-
tam facit fidelitátem
tuam.

Dóminus servat me :
ideo psalmos meos can-
tábimus * ómnibus dié-
bus vitæ nostræ in
domo Dómini.

Réquiem ætérnam.

Ant. A porta íferi
éreue, Dómine, ániam
meam.

Ant. Omnis spíritus *
laudet Dóminum.

PSALMUS 150

LAUDÁTE DÓMINUM in
sanctuário ejus, *
laudáte eum in augústo
firmaménto ejus.

Laudáte eum propter
grándia ópera ejus, *
laudáte eum propter
summam majestátem
ejus.

Laudáte eum clan-
góre tubæ, * laudáte
eum psaltério et ci-
thara.

Laudáte eum týmpa-
no et choro, * laudá-
te eum chordis et ór-
gano.

Laudáte eum cýmba-
lis sonóris, laudáte eum
cýmbalis crepitánti-
bus : * omne quod
spirat, laudet Dómi-
num!

Réquiem ætérnam.

Ant. Omnis spíritus
laudet Dóminum.

V. Audívi vocem de
cælo dicéntem mihi.
Ry. Beáti mórtui qui in

Dómino moriúntur.

Ad Bened. Ant. Ego sum * resurrectio et vita : qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum.

Deinde flexis genibus :
Pater noster secreto usque ad

¶. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

PSALMUS 129

Qui non dicitur in die obitus seu depositionis Defuncti, nec quandocumque Officium recitatur sub ritu duplo.

DE profundis clamo ad te, Dómine, * Dómine, audi vocem meam!

Fiant aures tuæ intentæ * ad vocem obsecratiōnis meæ.

Si delictorum memoriā serváveris, Dó-

mine, * Dómine, quis sustinébit?

Sed penes te est peccatórum vénia, * ut cum reveréntia serviátur tibi. —

Spero in Dóminum, * sperat áнима mea in verbum ejus;

Exspéctat áнима mea Dóminum * magis quam custódes auróram. —

Magis quam custódes auróram * exspéctet Israël Dóminum,

Quia penes Dóminum misericórdia * et copiosa penes eum redémptio :

Et ipse rédimet Israël * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Réquiem æternam * dona eis, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Deinde dicuntur Preces et Oratio Officio congruentes, ut supra in Vesperis. 75.*

DIE 2 NOVEMBRIS
In Commemoratione
omnium Fidelium Defunctorum
DUPLEX

¶ Commemoratio Om-
nium Fidelium Defunctorum excludit tum Festa
occurrentia tum Festa
transferenda cujusvis ritus.
Si tamen inciderit in Dominicam, iisdem cum juri-
bus in sequenti Feria se-
cunda celebratur, translato,

vel penitus omissa, juxta
Rubricas, quolibet alio
Festo.

Omnia dicuntur ut in
communi Officio Defunctorum ut supra, 70* præter
ea, quæ hic habentur
propria.

AD VESPERAS

In II Vesperis Omnium Sanctorum vel alterius Officii, ut supra, post V. Benedicámus Dómino, immediate dicuntur Vespere Defunctorum, eisque non præmittitur Pater noster et Ave Maria, nisi quando extra Chorum a Vesperis anteced. Officii separantur, sed absolute incipitur ab Aña Placébo Dómino. 70.*

Añæ autem ad Vesperas, sicuti et ad Matutinum ac Laudes, ante et post Psalmos et Canticum integræ dicuntur.

Repetita post Canticum Magnificat Aña, dicitur flexis genibus :

Pater noster secreto usque ad V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

Et immediate subjugitur :

V. A porta inferi. R. Erue, Dómine, ánimas eórum.

V. Requiéscant in pace. R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratiómem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobis-
cum. R. Et cum spíritu
tuo.

Orémus. *Oratio*

FIdélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tribue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre

in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R̄. Amen.

V. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine. R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

V. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

Et ita absolvuntur Vesperæ Defunctorum, neque aliud adjungitur.

AD COMPLETORIUM

Non dicitur Jube, domine, nec Lectio br., neque V. Adjutórium nostrum, neque Oratio Dominica; sed facta Confessione et Absolutione (ut in Ordine Missæ), statim sine Aña incipitur a Psalmis seq.: et in fine cuiuslibet Psalmi ad omnes Horas loco Glória Patri, dicitur :

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

PSALMUS 122

AD te attóllo óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce, sicut óculi servórum * ad manus dominórum suórum,

Sicut óculi ancíllæ * ad manus dóminæ suæ :

Ita óculi nostri ad Dóminum, Deum nostrum, * donec misereátur nostri. —

Miserére nostri, Dómine, miserére nostri, * quia multum satiáti sumus despectiōne;

Multum satiáta est ánima nostra * irrigiōne abundántium, despectiōne superbórum.

Réquiem ætérnam.

PSALMUS 141

VOce magna ad Dóminum clamo, * voce magna Dóminum óbsecro.

Effundo coram eo
sollicitudinem meam, *
angustiam meam co-
ram ipso pando.

Cum anxiatur in me
spiritus meus, * tu no-
visti viam meam. —

In via qua incedo, *
abscondérunt láqueum
mihi.

Respicio ad dextram
et video, * et non est,
qui de me curet.

Non est, quo fú-
giam, * non est, qui
prospiciat vitæ meæ. —

Clamo ad te, Dómi-
ne; dico : Tu es refú-
gium meum, * pórtio
mea in terra vivén-
tium.

Atténde ad clamó-
rem meum, * quia mi-
ser factus sum valde.

Eripe me a perse-
quéntibus me, * quia
me fortiores sunt.

De cárcere educ
me, * ut grátias agam
nómini tuo.

Justi circúmdabunt
me, * cum bene féceris
mihi.

Réquiem ætérnam.

PSALMUS 142

Domine, audi oratió-
nem meam, pércipe
obsecratiónen meam

pro fidelitaté tua, *
exáudi me pro tua ju-
stitia.

Ne vocáveris in judí-
cium servum tuum, *
quia nemo vivens ju-
stus est coram te. —

Nam inimicus persé-
quitur ánimam meam :
prostrávit in terram
vitam meam, * collocá-
vit me in ténebris sicut
pridem defúnctos.

Et defécit in me spí-
ritus meus; * intra me
obriguit cor meum.

Mémini diérum anti-
quórum, méditor de óm-
níbus opéribus tuis, *
facta mánuum tuárum
perpéndo.

Expándo manus meas
ad te : * ánima mea, ut
terra árida, te sitit. —

Velóciter exáudi me,
Dómine : * nam déficit
spíritus meus.

Noli abscóndere fá-
ciem tuam a me, * ne
símilis fiam descendé-
tibus in fóveam.

Fac cito percípiam
grátiam tuam, * quia
in te confido.

Notum fac mihi, qua
via incédam, * quia
ad te attóllo ánimam
meam.

Eripe me de inimicis
meis, Dómine : * in te
spero. —

Doce me fáceré vo-
luntátem tuam, * quia
tu es Deus meus.

Spíritus tuus bonus
est : * ducat me in
terra plana.

Propter nomen tu-
um, Dómine, vivum me
serva; * pro cleméntia
tua educ de angústiis
ánimam meam.

Et pro grátia tua dé-
strue inimicos meos, et
perde omnes qui tríbu-
lant ánimam meam : *
nam ego sum servus
tuus.

Réquiem ætérnam.

*Expletis Psalmis, sta-
tim subjungitur Canticum
Nunc dimittis, et in fine
additur Réquiem ætérn-
nam, ut supra.*

*Absoluto autem Cantico,
dicitur flexis genibus :*

Pater noster *secreto*
usque ad Ȑ. Et ne nos
indúcas in tentatió-
nem. R̄. Sed libera nos
a malo.

Ȑ. A porta inferi.

R̄. Erue, Dómine, áni-
mas eórum.

Ȑ. Requiéscant in
pace. R̄. Amen.

Ȑ. Dómine, exáudi
oratióñem meam. R̄. Et
clamor meus ad te vé-
niat.

Ȑ. Dóminus vobís-
cum R̄. Et cum spíritu
tuo.

Orémus. *Oratio*

Propitiáre, quásu-
mus Dómine, ani-
mábus ómnium famu-
lórum famularúmque
tuárum, pro quibus
Majestátem tuam sup-
pliciter exorámus : ut,
per hæc piæ depreca-
tióñis officia, pervenire
mereántur ad réquiem
sempitérnam. Per Dó-
minum. R̄. Amen.

Ȑ. Réquiem ætérn-
nam dona eis, Dómine.
R̄. Et lux perpétua lú-
ceat eis.

Ȑ. Requiéscant in
pace. R̄. Amen.

*Et ita absolvitur Com-
pletorium, neque aliud ad-
jungitur.*

AD MATUTINUM

Dictis secreto Pater noster, Ave María et Credo, absolute incipitur :

Invit. Regem, cui ómnia vivunt, * Venite, adorémus. *Ps.* Venite, exsultémus. 78 *.

*Añæ cum Psalmis ac
VV. trium Noct. ut supra
in Communi Defunctorum
Officio.*

*¶ Lectiones trium Noct.
dicuntur sine Absolutione et
Benedictionibus, et Lectio-
nes I Noct. insuper sine
Titulo.*

In I Nocturno

LECTIO I Job 7, 16-21

PArce mihi, Dómine : nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Visitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glútiam salívam meam? Pecávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, et factus

sum mihi metípsi gravis? Cur non tollis pecátum meum, et quare non ausers iniquitátem meam? ecce nunc in púlvore dómiam : et si mane me quæsiferis, non subsistam.

¶ Lectiones trium Nocturnorum terminantur sine V. Tu autem, Dómine, vel alia conclusione.

R. Credo quod Redémpтор meus vivit, et in novissimo die de terra surrectúrus sum : * Et in carne mea vidi Deum Salvatorem meum. *V.* Quem vi-súrus sum ego ipse, et non álius : et óculi mei conspectúri sunt. — Et in carne.

LECTIO II Job 14, 1-6

Homo natus de mu-here, brevi vivens témporte, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super

hujuscémodi aperire óculos tuos, et addúcere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est: constituisti términos ejus, qui præterfri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.

Ry. Qui Lázarum resuscitásti a monuménto fóetidum: * Tu eis, Dómine, dona réquiem, et locum indulgéntiæ.
 ¶ V. Qui ventúrus es iudicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. — Tu eis.

LECTIO III

Job 19, 20-27

Pelli meæ, consúmptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantúmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei saltem vos, amíci mei,

quia manus Dómini téttigít me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tribuat ut scribántur sermones mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod Redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum: et rursum circúmdabor pelle mea et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

Ry. Dómine, quando véneris iudicáre terram, ubi me abscóndam a vultu iræ tuæ?
 * Quia peccávi nimis in vita mea. V. Commissa mea pavéscō, et ante te erubéscō: dum véneris iudicáre, noli me condemnáre. Quia. V. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. — Quia.

In II Nocturno

LECTIO IV

Ex libro sancti Augustini Episcopi de cura pro mórtuis gerénda

Cap. 2 et 3

Curatio fúneris, conditio sepulturæ, pompa exsequiarum magis sunt vivorum solatia, quam subsidia mortuorum. Nec ideo tamen contemnenda et abjicienda sunt cörpera defunctorum, maximèque justorum ac fidelium, quibus tamquam organis et vasis ad omnia bona opera sancte usus est sp̄ritus. Si enim paterna vestis et annulus, ac si quid hujusmodi, tanto carius est posteris, quanto parentes major affectus; nullo modo ipsa spernenda sunt cörpera, quæ utique multo familiarius atque conjunctius quam quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamētum vel adjutórium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam natūram homi-

nis pertainent. Unde et antiquorum justorum fúnera officiosa pietate curata sunt, et exsequæ celebratæ, et sepultura provisa: ipsique, cum vivarent, de sepeliéndis vel etiam transferéndis suis corpóribus filiis manda-vérunt.

R. Meménto mei, Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspiciat me visus hominis.

V. De profundis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exaudi vocem meam. — Nec.

LECTIO V *Cap. 4*

Recordantis et precantis affectus cum defunctis a fidelibus carissimis exhibetur, eum prodesse non dubium est iis, qui cum in corpore vivarent, talia sibi post hanc vitam prodesse meruerunt. Verum, etsi aliqua necéssitas vel humári cörpera, vel in sarcis locis humári nulla data facultate permittat, non sunt prætermittendæ supplicatiōnes pro spiritibus mor-

tuórum : quas faciéndas pro ómnibus in christiána et cathólica societáte defúnctis, étiam tácitis eórum nómibús, sub generáli commemorationé suscépit Ecclésia; ut quibus ad ista desunt paréntes, aut filii, aut quicúmque cognáti vel amíci, ab una eis exhibéantur pia matre commúni. Si autem deésent istæ supplicatiónes, quæ fiunt recta fide ac pietáte pro mórtuis, puto quod nihil prodésset spirítibus eórum, quámlibet in locis sanctis exánima córpora poneréntur.

Ry. Hei mihi, Dómine, quia peccávi nimis in vita mea : Quid fáciam, miser? ubi fúgiam, nisi ad te, Deus meus? * Miserére mei, dum vénéris in novísimo die. Ý. Anima mea turbáta est valde, sed tu, Dómine, sucúrre ei. — Miserére.

LECTIO VI Cap. 18

QUÆ cum ita sint, non existimémus ad mórtuos, pro quibus

curam gérimus, perveníre, nisi quod pro eis sive altáris, sive oratiónum, sive eleemosy-nárum sacrificiis solémniter supplicámus : quamvis non pro qui-bus fiunt, ómnibus prosint; sed iis tantum pro quibus, dum vivunt, comparátur ut prosint. Sed quia non discér-nimus qui sint, opórtet ea pro regenerátis ómnibus fácere, ut nullus eórum prætermittátur, ad quos hæc beneficia possint et débeant per-venire. Mélius enim su-pérerunt ista eis, qui-bus nec obsunt nec prosunt; quam eis dé-erunt, quibus prosunt. Diligéntius tamen facit hæc quisque pro neces-sáriis suis, quo pro illo fiat simfliter a suis. Córpori autem hu-mándo quidquid im-pénditur, non est præ-sídium salútis, sed hu-manitatis officium, se-cúndum afféctum, quo nemo umquam carnem suam ódio habet. Unde opórtet ut quam potest pro carne próximi cu-ram gerat, cum ille

inde recésserit, qui gérébat. Et si hæc fáciunt qui carnis resurrectiōnem non credunt, quanto magis debent fáceri qui credunt; ut córpori mórtuo, sed tamen resurrectúro et in æternitatē mansúro, impénsūm ejúsmodi officium sit étiam quodámmodo ejúsdem fidei testimónium!

R. Ne recordérís pecáta mea, Dómine,
* Dum vénérís judicáre sáculum per ignem.

V. Dirige, Dómine, Deus meus, in conspéctu tuo viam meam. —
Dum. V. Réquiem aetérnam. — Dum.

In III Nocturno

LECTIO VII

De Epistola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios

Cap. 15, 12-22

SI Christus prædicátur quod resurréxit a mórtuis, quómodo quidam dicunt in vobis quóniam resurréctio mortuórum non est? Si autem resurréctio mortuórum non est, neque

Christus resurréxit. Si autem Christus non resurréxit, inánis est ergo prædicatio nostra, inánis est et fides vestra. Invenimur autem et falsi testes Dei, quóniam testimónium diximus adversus Deum quod suscitáverit Christum, quem non suscitávit, si mórtui non resúrgunt. Nam, si mórtui non resúrgunt, neque Christus resurréxit. Quod si Christus non resurréxit, vana est fides vestra; adhuc enim estis in peccátis vestris; ergo et qui dormiérunt in Christo periérunt. Si in hac vita tantum in Christo sperántes sumus, miserabilióres sumus ómnibus homínibus. Nunc autem Christus resurréxit a mórtuis, primiæ dormiéntium; quóniam quidem per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum. Et, sicut in Adam omnes moriún- tur, ita et in Christo omnes vivificabúntur.

R. Peccántem me quotidie, et non me

pœniténtem, timor
mortis contúrbat me :
* Quia in inférno nulla
est redémptio, miserére
mei, Deus, et salva me.
V. Deus, in nōmine tuo
salvum me fac : et in
virtúte tua líbera me.
— Quia in inférno.

LECTIO VIII

Cap. 15, 35-44

SED dicet áliquis : Quómodo resúrgunt mórtui? qualisve córpore vénient? Insípiens, tu quod séminas non viviscátur, nisi prius moriáatur. Et quod séminas, non corpus quod futúrum est séminas, sed nudum gránum, ut puta, trítici aut alicújus ceterórum; Deus autem dat illi corpus sicut vult et unicuique séminum próprium corpus. Non omnis caro éadem caro, sed ália quidem hóminum, ália vero pécorum, ália vólucrum, ália autem píscium, et córpora cælestia et córpora terréstria : sed ália quidem cælestium glória, ália autem terréstrum. Alia cláritas

solis, ália cláritas lunæ, et ália cláritas stellárum; stella enim a stella differt in claritáte. Sic et resurréctio mortuórum. Seminátur in corruptione, surget in incorruptione; seminátur in ignobilitáte, surget in glória; seminátur in infirmitáte, surget in virtúte; seminátur corpus animále, surget corpus spiritále.

Ry. Dómine, secún-
dum actum meum noli
me judicáre : nihil di-
gnum in conspéctu tuo
egi : ideo déprecor ma-
jestátem tuam, * Ut tu,
Deus, déleas iniquitá-
tem meam. V. Amplius
lava me, Dómine, ab
injustitia mea, et a de-
ficto meo munda me. —
Ut tu, Deus.

LECTIO IX

Cap. 15, 51-58

Ccce mystérium vo-
bis dico : Omnes
quidem resurgémus,
sed non omnes immu-
tábimur. In moménto,
in ictu óculi, in novís-
sima tuba; canet enim
tuba, et mórtui resúr-

gent incorrúpti, et nos immutábimur. Opórtet enim corruptibile hoc indúere incorruptionem, et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo qui scriptus est : Absórpta est mors in victória. Ubi est, mors, victória tua? ubi est, mors, stimulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum est, virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Je-sum Christum. Itaque, fratres mei dilécti, stá-biles estóte et immó-biles; abundántes in ópere Dómini semper sciéntes quod labor vester non est inánis in Dómino.

Ry. Libera me, Dó-mine, de morte ætéerna in die illa treménda : * Quando cæli movéndi sunt et terra : * Dum véneris judicáre sæcu-lum per ignem. V. Tre-mens factus sum ego, et tímeo, dum discússio vénerit, atque ventúra ira. — Quando. V. Dies illa, dies iræ, calamiti-tatis et misériæ, dies magna et amára valde. — Dum.

V. Réquiem æténam.

Et repetitur Ry. Libera me, Dómine, usque ad primum V. exclusive.

Si Matutinum in pri-vata recitatione a Laudibus separetur, expleto IV. præ-cedenti, statim subjun-gitur : V. Dóminus vobis-cum, Oratio Fidélium et reliqua, ut infra ad Laudes.

Et ita absolvitur Matu-tinum, neque aliud adjun-gitur.

AD LAUDES

Si Laudes extra Chorum separantur a Matutino, ante eas dicitur secreto Pater noster et Ave Ma-ria; secus absolute incipit ab Ant. Exsultábunt Dómino.

Repetita post Canticum Bened. Aña, dicitur flexis genibus :

Pater noster secreto usque ad V. Et ne nos indúcas in tentatió-

nem. R^y. Sed libera nos
a malo.

Et immediate subjun-
gitur :

¶. A porta inferi.
R^y. Erue, Dómine, án-
imas eórum.

¶. Requiéscant in
pace. R^y. Amen.

¶. Dómine, exáudi
oratióne meam. R^y. Et
clamor meus ad te vé-
niat.

¶. Dóminus vobis-
cum. R^y. Et cum spi-
ritu tuo.

Orémus. *Oratio*
Fidélium, Deus, óm-
nium Cónditor et
Redémptor, animábus
famulórum famularúm-

que tuárum remissió-
nem cunctórum tríbue
peccatórum : ut indul-
géntiam, quam semper
optavérunt, piis sup-
plicationibus conse-
quántur : Qui vivis et
regnas cum Deo Pa-
tre in unitáte Spíritus
Sancti Deus, per óm-
nia sácula sáculórum.
R^y. Amen.

¶. Réquiem æté-
nam dona eis, Dómine.
R^y. Et lux perpétua lú-
ceat eis.

¶. Requiéscant in
pace. R^y. Amen.

Et ita absolvuntur
Laudes, neque aliud adjun-
gitur :

AD PRIMAM

Dictis secreto Pater no-
ster, Ave Maria, et Credo,
absolute incipitur a Psalmis
sequentibus :

PSALMUS 87

Dómine, Deus meus,
intérdiu clamo, *
nocte laméntor coram
te.

Pervéniat ad te orá-
tio mea, * inclína au-

rem tuam ad clamórem
meum.

Nam saturáta est
malis ánima mea, * et
inferis vita mea pro-
pínquat.

AccéNSEOR descendéntibus in fóveam, *
símilis factus sum viro
inválido.

Inter mórtuos est
stratum meum, * sicut

occisorum, qui in sepulcro jacent,

Quorum non es memor amplius * et qui a cura tua sunt sejuncti.

Collocasti me in fovea profunda, * in tenebris, in voragine.

Super me gravat indignatio tua, * et omnibus fluctibus tuis opprimis me.

Removisti notos meos a me; abominabilem fecisti me illis, * clausus sum, neque egredi possum. —

Oculi mei ob miseriam tabescunt, clamo ad te, Dómine, quotidie; * expando ad te manus meas.

Num pro mórtuis facis mirabilia? * an defuncti surgent, et laudabunt te?

Num enarratur in sepulcro bónitas tua, * fidélitas tua apud inferos?

Num manifestantur in tenebris mirabilia tua, * et grátia tua in terra oblívionis? —

Ego autem ad te, Dómine, clamo, * et mane oratio mea ad te venit.

Quare, Dómine, repellis ánimam meam, * abscondis fáciem tuam a me?

Miser sum ego et moribundus inde a puerro; * portávi terróres tuos et elángui.

Super me transierunt irae tuæ, * et terróres tui me perdidérunt.

Circúmdant me ut aqua perpétuo; * circumveniunt me omnes simul.

Removisti a me amicum et sodalem : * familiáres mei sunt tenebræ.

Réquiem ætérnam.

PSALMUS 27

Ad te, Dómine, clamo; * Petra mea, ne surdus fueris mihi,

Ne, si non audieris me, símilis fiam * descendéntibus in foveam.

Audi vocem observationis meæ, dum ad te clamo, * dum attollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Noli me abripere cum peccatóribus * et

cum faciéntibus iniquitátem,

Qui loquúntur pacem cum próximis suis, * sed malum in ánimo habent.

Da eis secúndum acta eórum * et secún-dum malítiam facínorum ipsórum.

Secúndum opus mánuum eórum tríbue illis, * facta eórum redde ipsis.

Quia non atténdunt ad acta Dómini et ad opus mánuum ejus, * déstruat eos nec restituat eos. —

Benedictus Dóminus, quia audívit vocem obsecratiónis meæ, * Dóminus, robur meum et clípeus meus!

In ipso confisum est cor meum, et adjútus sum; * ideo exsúltat cor meum, et cántico meo laudo eum. —

Dóminus robur est pôpulo suo, * et præsidium salútis uncto suo.

Salvum fac pôpulum tuum, et bénedic hereditati tuæ, * et pasce eos, et porta eos usque in æténum.

Réquiem æténam.

PSALMUS 31

Beátus cujus remíssa
est iniquitas, * cuius obtéctum est pecátum.

Beátus homo cui Dóminus non ímputat culpam, * et in cuius spíritu non est dolus. —

Quámdiu tacui, tabuerunt ossa mea * inter gémitus meos assíduos.

Etenim die noctúque gravis erat super me manus tua, * consumebátur robur meum velut ardóribus æstívis.

Peccátum meum conféssus sum tibi, * et culpam meam non abscondi;

Dixi : « Confiteor iniquitátem meam Dómino », * et tu remisisti culpam peccáti mei.

Proptérea orábit ad te omnis pius * in tempore necessitatis,

Cum irruent aquæ multæ, * ad eum non pervénient.

Tu es refúgium mihi, ab angústiis me servábis, * gáudio sa-

lútis meæ circúmdabis
me. —

Erúdiam te, et do-
cébo viam, qua ámbu-
les; * ínstruam te, fir-
mans super te óculos
meos.

Nolite esse sicut
equus et mulus sine
intelléctu, quorum im-
petus camo et freno
constríngitur; * secus
ad te non appropín-
quant. —

Multi sunt dolóres
ímpii; * sperántem au-
tem in Dómino miseri-
córdia circúmdat.

Lætámini in Dómino
et gaudéte, justi; * et
exsultáte, omnes recti
corde.

Réquiem ætérnam.

*Expletis Psalmis, dicitur
flexis genibus :*

Pater noster *secreto
usque ad* Ý. Et ne nos
indúcas in tentatióñem.
Ry. Sed libera nos a
malo.

Ý. A porta íneri.
Ry. Erue, Dómine, áni-
mas eórum.

Ý. Requiéscant in
pace. Ry. Amen.

Ý. Dómine, exáudi
oratióñem meam. Ry. Et

clamor meus ad te vé-
niat.

Ý. Dóminus vobís-
cum. Ry. Et cum spíri-
tu tuo.

Orémus. *Oratio*

SUpplies, Dómine,
S pro animábus óm-
nium famulórum famu-
larúmque tuárum pre-
ces effúndimus : ut,
quidquid conversatió-
ne contraxérunt humá-
na, clemens indúlgeas,
et pœnis eórum finem
benignus impónas. Per
Dóminum. Ry. Amen.

*Deinde in Choro legitur
Martyrologium, ut ubi suo
loco notatur.*

*Deinde, etiam extra
Chorum, licet omissa fuerit
lectio Martyrologii, sub-
jungitur :*

Ý. In memória æté-
rna erunt justi. Ry. Ab
auditíone mala non ti-
móbunt.

Orémus. *Oratio*

D Eus, véniae largitor
et humánæ salútis
amátor : quæsumus cle-
méntiam tuam; ut áni-
mas ómnium fidélium,
qui ex hoc sǽculo trans-
iérunt, beáta María
semper Virgine inter-

cedénte cum ómnibus
Sanctis tuis, ad perpé-
tuæ beatitúdinis con-
sórtium pervenire con-
cédas. Per Christum
Dóminum nostrum.
Ry. Amen.

¶. Réquiem ætérnam
dona eis, Dómine. Ry. Et
lux perpétua lúceat eis.
¶. Requiéscant in
pace. Ry. Amen.
*Et ita absolvitur Prima,
neque aliud adjungitur.*

AD TERTIAM

*Dictis secreto Pater no-
ster et Ave María, abso-
lute incipitur a Psalmis se-
quentibus :*

PSALMUS 37, i

Domine, noli me ar-
gúere in ira tua *
nec me corrípere in
furóre tuo.

Etenim sagittæ tuæ
infíxæ sunt mihi, * et
descéndit super me ma-
nus tua.

Nihil sani est in carne
mea ob indignatióñem
tuam, * nihil íntegri in
óssibus meis propter
peccátum meum.

Nam culpæ meæ su-
pergréssæ sunt caput
meum, * sicut onus
grave gravant me ni-
mis. —

Fœtent, tabéscunt
livóres mei * propter
insipiéntiam meam.

Inclinátus, incurvá-
tus sum valde, * toto
die mæstus incédo.

Nam lumbi mei pleni
sunt inflammatiόne, *
nec quicquam est sani
in carne mea.

Elángui, contrítus
sum valde, * rúgio
propter frémitum cor-
dis mei.

Dómine, coram te
est omne desidérium
meum, * et gémitus
meus te non latet.

Cor meum pálpitat,
derelíquit me robur
meum, * et ipsa lux
oculórum meórum dé-
ficit me.

Amíci mei et sodáles
mei procul a plaga mea
subsístunt, * et pro-
pinqui mei stant e lon-
gíquo.

Et láqueos tendunt
qui insidiántur vitæ

meæ, et qui quærunt
mihi malum, perniciem
minántur * et fraudes
omni tempore moliún-
tur.

Réquiem ætérnam.

PSALMUS 37, ii

EGO autem, tam-
quam surdus, non
áudio, * et sum velut
mutus non apériens os
suum.

Et factus sum sicut
homo qui non audit, *
et qui non habet re-
spónsum in ore suo.

In te enim, Dómine,
confido : * tu exáudies,
Dómine, Deus meus.

Etenim dico : « Ne
læténtr de me; *
dum lábitur pes meus,
ne supérbiant contra
me ». —

Ego enim lápsui pró-
ximus sum, * et dolor
meus coram me est
semper.

Etenim culpam me-
am confíteor, * et ob
peccátum meum sum
ánxius.

Sed qui sine causa
adversántur mihi, po-
tentes sunt, * et mul-
ti, qui odérunt me in-
júste;

Et qui retríbuunt
malum pro bono, * in-
féstant me, quia bo-
num sector.

Noli me derelinquere
Dómine, * Deus meus,
noli procul distáre a
me!

Festína in auxílium
meum, * Dómine, sa-
lus mea!

Réquiem ætérnam.

PSALMUS 55

Miserére mei, Deus,
nam concúlcat me
homo, * perpétuo pu-
gnans ópprimit me.

Concúlcant me ini-
mici mei perpétuo, *
quóniam multi pugnant
advérsus me.

Altissime, quo die
invádet me timor, *
ego in te confidam.

In Deo, cujus célebro
promíssum, in Deo con-
fido, non timébo : *
quid fáciet mihi ca-
ro? —

Tota die obtréctant
mihi, * advérsus me
sunt omnes cogitati-
nes eórum, ad malum.

Convénient, insi-
diántur, vestigia mea
obsérvant, * quærén-
tes vitam meam.

Pro iniquitáte repén-
de illis, * in ira pópulos
prostérne, Deus.

Exsílii mei vias tu
notásti; recónditæ sunt
lácrimæ meæ in utre
tuo : * nonne consigná-
tæ in libro tuo?

Tunc recédent ini-
mici mei retrórsum,
quandocumque invocá-
vero te; * hoc probe
scio Deum esse pro me.

In Deo, cujus célebro
promíssum, in Deo
confido, non timébo : *
quid fáciet mihi ho-
mo? —

Téneor votis, Deus,
quæ feci tibi, * persól-
vam tibi sacrificia lau-
dis.

Quóniam eripuisti vi-
tam meam de morte, et
pedes meos de lapsu, *
ut ámbulem coram Deo
in lúmine vivéntium.

Réquiem ætérnam.

*Expletis Psalmis, dicitur
flexis genibus :*

Pater noster *secreto*
usque ad ¶. Et ne nos
indúcas in tentatióne.
R. Sed líbera nos a
malo.

¶. A porta ínferi.
R. Erue, Dómine, áni-
mas eórum.

¶. Requiéscant in
pace. R. Amen.

¶. Dómine, exáudi
oratióne meam. R. Et
clamor meus ad te
véniat.

¶. Dóminus vobís-
cum. R. Et cum spi-
ritu tuo.

Orémus. *Oratio*

FIdélium, Deus, óm-
níum Cónditor et
Redémptor, animábus
famulórum famularúm-
que tuárum remissió-
nem cunctórum tribue
peccatórum : ut indul-
géntiam, quam semper
optavérunt, piis suppli-
catiónibus consequán-
tur : Qui vivis et regnas
cum Deo Patre in uni-
tate Spíritus Sancti
Deus, per ómnia sǽcula
sæculórum. R. Amen.

¶. Réquiem ætérnam
dona eis, Dómine. R. Et
lux perpétua lúceat eis.

¶. Requiéscant in
pace. R. Amen.

Et ita absolvitur Tertia,
neque aliud adjungitur.

AD SEXTAM

Dictis secreto Pater noster et Ave María, absolute incipitur a Psalmis sequentibus :

PSALMUS 69

Pláceat tibi, Deus,
ut erípias me; *
Dómine, ad adjuván-
dum me festína.

Confundántur, et
erubéscant, * qui quæ-
runt vitam meam.

Cedant retrórsum, et
pudóre afficiántur, *
qui delectántur malis
meis.

Recédant confusióne
opérти, * qui dicunt
mihi : Euge, euge!

Exsúltent et lætén-
tur de te * omnes qui
quærunt te;

Et dicant semper :
«Magnificétur Deus», *
qui desíderant auxí-
lium tuum.

Ego autem miser
sum et pauper, * Deus,
succúrre mihi!

Adjútor meus et libe-
rátor meus es tu : *
Dómine, ne tardáve-
ris.

Réquiem ætérnam.

PSALMUS 84

Propítius fuísti, Dó-
mine, terræ tuæ; *
bene vertísti sortem
Jacob.

Dimisísti culpam pó-
puli tui; * operuísti óm-
nia peccáta eórum.

Continuísti omnem
iracúndiam tuam, * de-
stitísti a furóre iræ
tuæ. —

Restitue nos, Deus
Salvátor noster, * et
depóne indignatióne
tuam adverſus nos.

Num in æténum ira-
scéris nobis, * aut ex-
téndes iram tuam in
omnes generatiónes?

Nonne tu vitam re-
stítues nobis, * et pó-
pulus tuus lætábitur
in te?

Osténde nobis, Dó-
mine, misericórdiam
tuam, * et salútem
tuam da nobis. —

Audiam, quid loquá-
tur Dóminus Deus : *
profécto lóquitur pa-
cem.

Pópulo suo et san-
ctis suis * et eis qui

corde convertuntur ad eum.

Certe propinquā est salus ejus timētibus eum, * ut hábitet glória in terra nostra.

Misericórdia et fidélitas óbviam vénient sibi, * justitia et pax inter se osculabuntur.

Fidélitas germinabit ex terra, * et justitia de cælo prospiciet.

Dóminus quoque dabit bonum, * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum incédet, * et salus in via grésuum ejus.

Réquiem ætérnām.

PSALMUS 85

Nclina, Dómine, aurem tuam, exáudi me, * quia miser et pauper sum ego.

Custodi ánimam meam, quia devótus sum tibi; * salvum fac servum tuum sperántem in te.

Deus meus es tu : misérere mei, Dómine, * quia assidue ad te clamo.

Lætifica ánimam servi tui, * quia ad te,

Dómine, ánimam meam attóllo.

Tu enim, Dómine, es bonus et clemens, * plenus misericórdiæ in omnes qui invocant te.

Ausculta, Dómine, orationem meam, * et atténde ad vocem obsecratiōnis meæ.

Die tribulatiōnis meæ clamo ad te, * quia exáudies me. —

Non est tibi par inter deos, Dómine, * et non est opus simile óperi tuo :

Omnes gentes, quas fecisti, vénient et adorábunt te, Dómine, * et prædicábunt nomen tuum.

Quia magnus es tu et facis mirabilia : * tu solus es Deus. —

Doce me, Dómine, viam tuam, ut ámbulēm in veritáte tua; * dirige cor meum, ut timeat nomen tuum.

Celebrábo te, Dómine, Deus meus, toto corde meo, * et prædicábo nomen tuum in æténum,

Quia misericórdia tua magna fuit erga me, * et eripuísti ánimam

meam de profundis inferni.

Deus, superbi insurrexerunt contra me, et turba præpotentium insidiatur vitæ meæ, * neque te ponunt ante oculos suos.

Sed tu, Dómine, Deus misericors es et benignus, * tardus ad iram, summe clemens et fidélis.

Réspice in me et miserere mei; * da robur tuum servo tuo, et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Signum da mihi favoris tui, ut videant, qui odérunt me, et confundantur, * quod tu, Dómine, adjúveris me et consolatus sis me.

Réquiem ætérnam.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :

Pater noster *secreto usque ad* **¶**. Et ne nos indúcas in tentatióne. **R.** Sed libera nos a malo.

¶. A porta inferi. **R.** Erue, Dómine, áimas eórum.

¶. Requiéscant in pace. **R.** Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobis-
cum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio*

Fidélium, Deus, ómni-
nium Cónditor et Redémp-
tor, animábus famulórum famularúm-
que tuárum remissió-
nem cunctórum tribue
peccatórum : ut indul-
géntiam, quam semper
optavérunt, piis suppli-
cationibus consequán-
tur : Qui vivis et re-
gnas cum Deo Patre in
unitáte Spíritus Sancti
Deus, per ómnia sǽ-
cula sæculórum.

R. Amen.

¶. Réquiem ætérnam
dona eis, Dómine. **R.** Et lux perpétua lúceat
eis.

¶. Requiéscant in
pace. **R.** Amen.

*Et ita absolvitur Sexta,
neque aliud adjungitur.*

AD NONAM

Dicitis secreto Pater noster et Ave María, absolute incipitur a Psalmis sequentibus :

PSALMUS 101, i

Domine, exaudi orationem meam, * et clamor meus ad te veniat.

Noli abscondere faciem tuam a me * die angustiae meae.

Inclina ad me aurem tuam : * quando te invoco, velociter exaudi me. —

Nam dies mei evanescunt ut fumus, * et ossa mea ut ignis ardent.

Exustum, ut herba, arescit cor meum, * obliviscor comedere panem meum.

Propter vehementiam gémitus mei * adhaerent ossa mea cuti meae.

Símilis sum pelicáno deserti, * factus velut noctua in ruñis.

Insomnis sum et ingemisco, * sicut avis solitaria in tecto.

Perpetuo insultant mihi inimici mei; * qui

furunt contra me, imprecantur nomine meo.

Nam cinerem comedo tamquam panem, * et potum meum misceo cum fletu,

Propter indignationem et furorem tuum, * quia me extulisti et dejecisti.

Dies mei similes sunt umbræ protensæ, * et ego sicut herba aresco.

Réquiem aeternam.

PSALMUS 101, ii

TU autem, Dómine, in aeternum manes, * et nomen tuum in omnes generationes.

Tu exsurge et propitius esto Sion, * quia tempus est, ut misericordia ejus, quia venit hora.

Nam servi tui diligunt lápides ejus, * et ruinas ejus commiserantur.

Et reverebuntur gentes nomen tuum, Dómine, * et omnes reges terræ gloriam tuam,

Cum Dóminus instauraverit Sion, * apparuerit in gloria sua,

Convérterit se ad orationem ínopum, * nec rejécerit orationem eórum.

Scribántur hæc pro generatióne ventúra, * et pòpulus qui creábitur, colláudet Dóminum.

Nam Dóminus respéxit de excélsso sanctuário suo, * de cælo prospéxit in terram,

Ut audíret gémitus captivórum, * ut liberaréret addictos morti,

Ut nomen Dómini annuntiétur in Sion, * et ejus laus in Jerúsalem,

Quando pòpuli congregabúntur simul * et regna, ut sérviant Dómino.

Réquiem ætérnam.

PSALMUS 101, iii

C'Onsúmpsit in via vires meas, * præcidit dies meos.

Dico : Deus meus, ne abstúleris me in dimidio diérum meórum; * per omnes generatiónes durant anni tui.

In primórdiis terram fundásti, * et opus mánuum tuárum est cælum.

Ista peribunt, tu autem permanébis, * et univerása sicut vestis veteráscent.

Sicut vestiméntum mutas ea, et mutántur; * tu autem es idem, et anni tui non habent finem.

Fílii servórum tuorum habitábunt secúri, * et semen eórum coram te durábit.

Réquiem ætérnam.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :

Pater noster *secreto usque ad V.* Et ne nos indúcas in tentatióne. R^y. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi. R^y. Erue, Dómine, ánimas eórum.

V. Requiéscant in pace. R^y. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam. R^y. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobis- cum. R^y. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio*

F'Idélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus

famulórum famularúm-
que tuárum remissió-
nem cunctórum tribue
peccatórum : ut indul-
géntiam, quam semper
optavérunt, piis suppli-
cationibus consequán-
tur : Qui vivis et re-
gnas cum Deo Patre in
unitáte Spíritus Sancti
Deus, per ómnia sácula
sæculórum. R. Amen.

¶. Réquiem ætérnam
dona eis, Dómine. R. Et
lux perpétua lúceat eis.

¶. Requiéscant in
pace. R. Amen.

*Et ita absolvitur Nona,
neque aliud adjungitur :*

¶ Post Nonam, cele-
brata Missa, terminatur
Officium Commemorationis
Omnium Fidelium Defun-
ctorum.



ORDO MISSÆ

Sacerdos paratus cum ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia, signat se signo Crucis a fronte ad pectus, et clara voce dicit :

BG N ómine Pa-
tris, et Filii, et
Spíritus Sancti.
Amen.

*Deinde, junctis manibus
ante pectus, incipit Antiphonam :*

Introibo ad altáre
Dei.

Ministri respondent :

Ad Deum qui lætificat juventútem meam.

*Postea alternatim cum
Ministris dicit sequentem*

Ps. 42, 15

Judica me, Deus,
et discérne causam
meam de gente non
sancta : ab homine
iníquo, et doloso érue
me.

*M. Quia tu es, Deus,
fortitúdo mea : quare*

me repulisti, et quare
tristis incédo, dum affligit
me inimicus?

*S. Emitte lucem tuam,
et veritátem tuam :
ipsa me deduxérunt,
et adduxérunt in mon-
tem sanctum tuum, et
in tabernácula tua.*

*M. Et introibo ad
altáre Dei : ad Deum
qui lætificat juventú-
tem meam.*

*S. Confitébor tibi in
cithara, Deus, Deus
meus : quare tristis es,
ánima mea, et quare
contúrbas me?*

*M. Spera in Deo,
quóniam adhuc confité-
bor illi : salutáre vultus
mei, et Deus meus.*

*S. Glória Patri, et
Filio, et Spiritui Sancto.*

*M. Sicut erat in prin-
cipio, et nunc, et sem-
per : et in sǽcula sæ-
culórum. Amen.*

S. repetit Antiphonam

Introibo ad altare
Dei.

R. Ad Deum qui
laetificat juventutem
meam.

¶. Adjutorium no-
strum in nomine Do-
mini.

Signat se, dicens :

R. Qui fecit cælum
et terram.

*Deinde junctis manibus
profunde inclinatus facit
Confessionem.*

¶ In Missis Defunctorum,
et in Missis de Tempore
a Dominica Passionis usque
ad Sabbatum sanctum ex-
clusive, omittitur Psalmus
Judica me, Deus, cum
Gloria Patri, et repetitione
Antiphonæ, sed dicto In
nominé Patris, Introibo,
et Adjutorium, fit Con-
fessio, ut sequitur :

¶ Onfiteor Deo omni-
potenti, beatæ Ma-
riæ semper Virgini,
beatō Michaéli Archán-
gelo, beatō Joánni Ba-
ptistæ, sanctis Apó-
stolis Petro et Paulo,
omnibus Sanctis, et vo-
bis, fratres : quia pec-
cavi nimis cogitatione,
verbo et opere : (Per-

*cutit sibi pectus ter, di-
cens) : mea culpa, mea
culpa, mea máxima
culpa. Ideo precor beá-
tam Mariam semper
Vírginem, beatum Mi-
chaélem Archángelum,
beatum Joánnem Baptí-
stam, sanctos Apó-
stolos Petrum et Pau-
lum, omnes Sanctos,
et vos, fratres, oráre
pro me ad Dóminum
Deum nostrum.*

Ministri respondent :

¶ Isereátur tui omni-
potens Deus, et,
dimissis peccatis tuis,
perdúcat te ad vitam
ætérnam.

*Sacerdos dicit : Amen
et erigit se.*

*Deinde Ministri repetunt
Confessionem : et ubi a Sa-
cerdote dicebatur vobis,
fratres, et vos, fratres,
a Ministris dicitur tibi,
pater, et te, pater.*

*Postea Sacerdos, junctis
manibus, facit absolu-
tionem, dicens :*

¶ Isereátur vestri
omnipotens Deus,
et, dimissis peccatis
vestris, perdúcat vos
ad vitam ætérnam.

R. Amen.

*Signat se signo Crucis,
dicens :*

Indulgéntiam, absolu-
tiónem, et remis-
síónem peccatórum no-
strórum tríbuat nobis
omnipotens et misé-
ricors Dóminus.

R. Amen.

*Et inclinatus prosequi-
tur :*

¶. Deus, tu convér-
sus vivificábis nos.

R. Et plebs tua læ-
tábitur in te.

¶. Osténde nobis,
Dómine, misericórdiam
tuam.

R. Et salutare tuum
da nobis.

¶. Dómine, exaudi
orationem meam.

R. Et clamor meus
ad te véniat.

¶. Dóminus vobís-
cum.

R. Et cum spiritu
tuo.

*Et extendens, ac jungens
manus, clara voce dicit :
Orémus, et ascendens ad
Altare, dicit secreto :*

AUfer a nobis, quæ-
sumus Dómine, ini-
quitátes nostras : ut
ad Sancta sanctórum
puris mereámur ménti-

bus introître. Per Chri-
stum Dóminum no-
strum. Amen.

*Deinde, manibus junctis
super Altare inclinatus
dicit :*

ORámus te, Dómine,
per mérita Sanctó-
rum tuórum, (*Oscula-
tur Altare in medio*)
quorum reliquiæ hic
sunt, et ómnium San-
ctórum : ut indulgére
dignéris ómnia peccáta
mea. Amen.

¶ *In Missa solemni, Cele-
brans, antequam legat In-
troitum, benedicit incen-
sum, dicens : Ab illo be-
ne ✕ dicáris, in cuius ho-
nóre cremáberis. Amen.
Et, accepto thuribulo a
Diacono, incensat Altare,
nihil dicens. Postea Dia-
conus, recepto thuribulo a
Celebrante, incensat illum-
tantum. Deinde Celebrans
signans se signo Crucis in-
cipit Introitum : quo finito,
junctis manibus, alternatim
cum Ministris dicit :*

KYrie, éléison. Kýrie,
éléison. Kýrie, éléi-
son.

Christe, éléison. Chri-
ste, éléison. Christe,
éléison.

Kýrie, éléison. Kýrie,
éléison. Kýrie, éléison.

Postea in medio Altaris extendens et jungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendum est, Glória in excélsis Deo, et prosequitur junctis manibus. Cum dicit Adorámus te, Grátiás ágimus tibi, et Jesu Christe, et Súscipe deprecationem, inclinat caput : et in fine dicens : Cum Sancto Spíritu, signat se a fronte ad pectus.

Glória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntatis. Laudámus te. Benedícumus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátiás ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserere nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad déxteram Patris, miserere nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Jesu Christe.

Cum Sancto Spíritu, in glória Dei Patris. Amen.

Deinde osculatur Altare in medio, et versus ad populum dicit : V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo. Postea dicit : Orémus, et Orationes, unam aut plures, ut ordo Officii postulat. Sequitur Epistola, Graduale, Tractus, vel Allelúa cum Versu, aut Sequentia prout Tempus aut qualitas Missæ postulat.

His finitis, si est Missa solemnis, Diaconus deponit librum Evangeliorum super medium Altaris, et Celebrans benedicit incensum, ut supra : deinde Diaconus genuflexus ante Altare, manibus junctis, dicit :

Munda cor meum, ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaiae Prophétæ cálculo mundásti ignito : ita me tua grata miseratione dignáre mandáre, ut sanctum Evangelium tuum digne váleam nuntiare. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Postea accipit librum de Altari, et rursus genuflexus petit benedictionem a Sa-

*cerdote, dicens : Jube,
domne, benedicere.*

Sacerdos respondet :

Dominus sit in cor-
de tuo, et in lábiis
tuis : ut digne et
competénter annúnties
Evangélium suum : In
nómine Patris, et Fí-
lli, et Spíritus Sancti.
Amen.

*Et, accepta benedictio-
ne, osculatur manum Cele-
brantis : et cum aliis Mi-
nistris, incenso, et lumina-
ribus, accedens ad locum
Evangelii, stans junctis ma-
nibus, dicit : V. Dóminus
vobiscum. R. Et cum spí-
ritu tuo. *Et pronuntians :*
Sequéntia sancti Evangélii
secúndum N. sive Iní-
tium, pollice dexteræ ma-
nus signat librum in prin-
cipio Evangelii, quod est
lecturus, deinde seipsum in
fronte, ore, et pectore : et
dum Ministri respondent
Glória tibi, Dómine, in-
censat ter librum, postea
prosequitur Evangelium
junctis manibus. Quo finito,
Subdiaconus defert librum
Sacerdoti, qui osculatur
Evangelium dicens : Per
evangélica dicta deleántur
nostra delicta.*

*Deinde Sacerdos incen-
satur a Diacono.*

*Si vero Sacerdos sine
Diacono et Subdiacono ce-*

*lebrat, delato libro ad aliud
cornu Altaris, inclinatus
in medio, junctis manibus
dicit :*

*Munda cor meum, ut
supra, et Jube, Dómi-
ne, benedicere. Dómi-
nus sit in corde meo,
et in lábiis meis : ut
digne et competénter
annúntiem Evangélium
suum. Amen.*

*Deinde, conversus ad li-
brum, junctis manibus di-
cit : V. Dóminus vobís-
cum R. Et cum spíritu
tuo.*

*Et pronuntians : Inítiū
sive Sequéntia sancti
Evangelii, signat librum,
et se in fronte, ore, et pe-
ctore, et legit Evangelium,
ut dictum est. Quo finito,
respondet Minister : Laus
tibi, Christe, et Sacerdos
osculatur Evangelium, di-
cens : Per evangélica dicta,
ut supra.*

** In Missis Defunctorum
dicitur Munda cor meum,
sed non petitur benedictio,
non deferuntur luminaria,
nec Celebrans osculatur
librum.*

*Deinde ad medium Al-
taris exténdens, elevans, et
jungens manus, dicit, si di-
cendum est, Credo in unum
Deum, et prosequitur jun-
ctis manibus. Cum dicit
Deum, caput Crucis incli-*

nat : quod similiter facit, cum dicit Iesum Christum, et simul adoratur. Ad illa autem verba Et incarnatus est, genuflectit usque dum dicatur. Et homo factus est. In fine ad Et vitam venturi saeculi, signat se signo Crucis a fronte ad pectus.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantialem Patri : per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. (*Hic genuflectitur*) Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine : Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis : sub Pontio Pilato passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secun-

dum Scripturas. Et ascendit in cælum : sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, et mortuos : cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem : qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, et Filio simul adoratur, et conglorificatur : qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Deinde osculatur Altare, et versus ad populum, dicit : V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Postea dicit : Oramus, et Offertorium. Quo dicto, si est Missa solemnis, Diaconus porrigit Celebranti Patenam cum Hostia : si privata, Sacerdos ipse accipit Patenam cum Hostia, quam offerens, dicit :

Suscipe, sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc im-

maculátam hóstiam,
quam ego indígnus fá-
mulus tuus óffero tibi
Deo meo vivo, et ve-
ro, pro innumerabílibus
peccátis, et offensióni-
bus, et negligéntiis
meis, et pro ómnibus
circumstántibus, sed et
pro ómnibus fidélibus
christiánis vivis atque
defúnctis : ut mihi, et
illis próficiat ad salú-
tem in vitam ætérnam.
Amen.

*Deinde faciens Crucem
cum eadem Patena, depo-
nit Hostiam super Corporale.
Diaconus ministrat
vinum, Subdiaconus aquam
in Calice : vel si privata
est Missa, utrumque in-
fundit Sacerdos, et aquam
miscendam in Calice be-
nedit signo Crucis, di-
cens :*

Deus, qui humánæ
substántiæ digni-
tatem mirabiliter con-
dídisti, et mirabílius
reformásti : da nobis
per hujus aquæ et vini
mystérium, ejus divi-
nitatis esse consórtes,
qui humanitatis nostræ
fieri dignátus est pár-
ticeps, Jesus Christus
Filius tuus Dóminus

noster : Qui tecum vi-
vit et regnat in unitáte
Spiritus Sancti Deus :
per ómnia sácula sæ-
culórum. Amen.

¶ *In Missis pro Defunctis
dicitur prædicta Oratio :
sed aqua non benedicitur.*

*Postea accipit Calicem,
et offert dicens :*

Offérimus tibi, Dó-
mine, cálicem salu-
táris, tuam deprecán-
tes cleméntiam : ut in
conspéctu divinæ ma-
jestatis tuæ, pro no-
stra, et totius mundi sa-
lúte cum odore suavi-
tatis ascéndat. Amen.

*Deinde facit signum
Crucis cum Calice, et illum
ponit super Corporale, et
Pallia cooperit : tum, jun-
ctis manib⁹ super Altare,
aliquantulum inclinatus,
dicit :*

In spíritu humilitatis,
et in ánimo contrítō
suscipiámur a te, Dó-
mine : et sic fiat sacri-
fíciū nostrum in con-
spéctu tuo hódie, ut
pláceat tibi, Dómine
Deus.

*Erectus expandit manus,
easque in altum porrectas
jungens, elevatis ad cælum*

*oculis, et statim demissis,
dicit :*

Veni, sanctificátor
omnipotens, ætére
Deus : *Benedicit oblata,
prosequendo* : et bén-
ne **†** dic hoc sacrifici-
cium, tuo sancto nó-
mini præparátum.

*Postea, si solemniter ce-
lebrat, benedicit incensum,
dicens :*

PER intercessiónem
beáti Michaélis Ar-
chángeli, stantis a
dextris altáris incénsi,
et ómnium electórum
suórum, incénsum istud
dignétur Dóminus be-
ne **†** dicere, et in odó-
rem suavitatis accí-
pere. Per Christum Dó-
minum nostrum. Amen.

*Et, accepto thuribulo a
Diacono, incensat oblata,
modo in Rubricis genera-
libus præscripto, dicens :*

Incénsum istud a te
benedictum, ascén-
dat ad te, Dómine : et
descéndat super nos
misericórdia tua.

*Deinde incensat Altare,
dicens :*

Ps. 140, 2-4

Dirigátur, Dómine,
orálio mea, sicut
incénsum, in conspéctu

tuo : elevátio mánuum
mearum sacrificiúm ve-
spertínúm. Pone, Dó-
mine, custódiam ori
meo, et óstium circum-
stántiæ lábiis meis : ut
non declinet cor meum
in verba malitiæ, ad
excusáandas excusatió-
nes in peccátis.

*Dum reddit thuribulum
Diacono, dicit :*

Accéndat innobis Dó-
minus ignem sui
amoris, et flammam
ætérnæ caritatis.

Amen.

*Postea incensatur Sa-
cerdos a Diacono, deinde
alii per ordinem. Interim
Sacerdos lavat manus,
dicens :*

Ps. 25, 6-12

Avábo inter inno-
céntes manus me-
as : et circúmdabo al-
táre tuum, Dómine :

Ut áudiā vocem
laudis, et enárrem uni-
vérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi decó-
rem domus tuæ, et
locum habitatiónis gló-
riæ tuæ.

Ne perdas cum ím-
piis, Deus, ániam
meam, et cum viris sán-
guinum vitam meam :

In quorum mánibus iniquitátes sunt : déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in inno-céntia mea ingréssus sum : rédime me, et mi-serére mei.

Pes meus stetit in di-recto : in ecclésiis be-nedícam te, Dómine.

Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princi-pio, et nunc, et sem-per : et in sácula sæ-culórum. Amen.

* In Missis Defuncto-rum, et Tempore Passionis in Missis de Tempore omit-titur Glória Patri.

Deinde, aliquantulum in-clinatus in medio Altaris, junctis manibus super eo, dicit :

Suscipe, sancta Trí-nitas, hanc oblati-onem, quam tibi offé-ri-mus ob memóriam pas-siónis, resurrecti-ónis, et ascensi-ónis Jesu Christi Dómini nostri : et in honórem beátæ Maríæ semper Virgini-s, et beáti Joánnis Ba-ptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et

Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum : ut illis proficiat ad ho-nórem, nobis autem ad salútem : et illi pro no-bis intercédere dignén-tur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúmdem Christum Dóminum no-strum. Amen.

Postea osculatur Altare, et versus ad populum ex-tendens, et jungens manus, voce paululum elevata, dicit :

ORáte, fratres : ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Minister, seu circum-stantes respondent : alio-quin ipsemet Sacerdos :

Suscípiat Dóminus sacrificium de má-nibus tuis (*vel meis*) ad laudem, et glóriam nó-minis sui, ad utilitá-tem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

Sacerdos submissa voce dicit : Amen.

Deinde, manibus extensis, absolute sine Orémus sub-jungit Orationes secretas. Quibus finitis, cum perve-

nerit ad conclusionem, clara voce dicit : Per ómnia sæcula sæculórum, cum Præfatione, ut in sequentibus.

Præfationem incipit ambabus manibus positis hinc inde super Altare : quas aliquantulum elevat, cum dicit : Sursum corda. Fungit eas ante pectus, et caput inclinat, cum dicit : Grá-

tias agámus Dómino Deo nostro.

Deinde disjungit manus, et disjunctas tenet usque ad finem Præfationis : qua finita, iterum jungit eas, et inclinatus dicit : Sanctus. Et cum dicit : Benedictus qui venit, signum Crucis sibi producit a fronte ad pectus.

PRÆFATIONES

Præfatio de Nativitate Domini

PER ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Dóminus vobis-cum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habémus ad Dóminum.

V. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R. Dignum et ju-stum est.

Vere dignum et ju-stum est, æquum et salutáre nos tibi sem-per, et ubique grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens,

ætére Deus : Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infúlsit : ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibilium amórem rapiámur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Domini-natióibus, cumque omni militia cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli, et terra glória tua. Hosánnā in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Ho-sánnā in excélsis.

Infra Actionem

Communicantes, et ad diem sacratissimum celebrantes, quo beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mundo edidit Salvatorem : sed et memóriam venerantes, in primis ejusdem gloriósae semper Virginis Mariæ, Genitricis ejusdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatorum Apostolorum...

In prima vero Missa Nativitatis Domini dicitur : et noctem sacratissimam celebrantes, qua etc.; *deinde semper dicitur :* diem sacratissimum celebrantes, quo etc. usque ad Octavam Nativitatis Domini inclusive.

Præfatio de Epiphania Domini

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátiás ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus : Quia, cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitatis appáruit, nova nos immor-

talitatis suæ luce repáavit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationib⁹, cumque omni militia cælestis exérbitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes :

Sanctus, Sanctus...

Infra Actionem

Communicantes, et ad diem sacratissimum celebrantes, quo Unigenitus tuus in tua tecum glória coætérnus, in veritatē carnis nostræ visibiliter corporalis appáruit : sed et memóriam venerantes, in primis gloriósae semper Virginis Mariæ, Genitricis ejusdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatorum Apostolorum...

Præfatio de Quadragesima

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátiás ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus : Qui cor-

poráli jejúnio vília cōm-
primis, mentem élevas,
virtútem largíris, et
præmia : per Christum
Dóminum nostrum. Per
quem majestátem tu-
am laudant Angeli,
adórant Dominatiōnes,
tremunt Potestátes.
Cæli, cælorúmque Vir-
tutes, ac beáta Séraphim,
sócia exsultatiō-
ne concélebrant. Cum quibus et
nostras voces, ut admitti júbeas,
deprecámur, súpplici
confessiōne dicéntes :

Sanctus, Sanctus...

Præfatio de sancta Cruce

VEre dignum et ju-
stum est, æquum
et salutáre, nos tibi
semper, et ubique grá-
tias ágere: Dómine san-
cte, Pater omnípotens,
æterne Deus : Qui sa-
lútem humáni géneris
in ligno Crucis consti-
tuisti : ut unde mors
oriebátur, inde vita re-
súrgeret : et qui in li-
gno vincébat, in ligno
quoque vincerétur : per
Christum Dóminum no-
strum. Per quem ma-

jestátem tuam laudant
Angeli, adórant Domi-
natiōnes, tremunt Po-
testátes. Cæli, cælo-
rúmque Virtutes, ac
beáta Séraphim, sócia
exsultatiōne concéle-
brant. Cum quibus et
nostras voces, ut ad-
mitti júbeas, deprecá-
mur, súpplici confes-
siōne dicéntes :

Sanctus, Sanctus...

Præfatio Paschalis

*In Missa Sabbati Sancti
dicitur : in hac potissi-
mum nocte; a die autem
Paschæ usque ad Sabbatum
in Albis : in hac potissi-
mum die; alias : in hoc
potissimum.*

VEre dignum et ju-
stum est, æquum
et salutáre : Te qui-
dem, Dómine, omni-
témpore, sed in hac po-
tissimum die (*vel* in hoc
potissimum) gloriósius
prædicáre, cum Pascha
nostrum immolátus est
Christus. Ipse enim ve-
rus est Agnus, qui
ábstulit peccáta mundi.
Qui mortem nostram
moriéndo destrúxit, et
vitam resurgéndo re-

parávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni militia cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

Sanctus...

Infra Actionem

Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes Resurrectionis Dómini nostri Jesu Christi secúndum carnem: sed et memoriām venerantes, in primis gloriósæ semper Virginis Mariæ, Genitricis ejusdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beatorum Apostolórum, ac Mártirum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concé-

das, ut in ómnibus protectionis tuæ muniámur auxilio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

HAnc igitur oblatiō nem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regenerare dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tribuens eis remissionem ómnium peccatórum, quæsumus, Dómine, ut placátus accipias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab æterna damnatiōne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Sic dicitur a Sabbato sancto usque ad Sabbathum in Albis. Sed in Missa Sabatti sancti dicitur: et noctem sacratissimam celebrantes.

Præfatio de Ascensione Domini

VEre dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi

semper et ubique grá-tias ágere : Dómine sancte, Pater omnípo-tens, æterne Deus : per Christum Dóminum no-strum. Qui post resur-rectionem suam ómni-bus discípulis suis ma-nifestus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitatis suæ tri-búeret esse partícipes. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió-nibus, cumque omni militia cælestis exér-citus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes :

Sanctus, Sanctus...

Infra Actionem

C Ommunicántes, et diem sacratissimum celebrantes, quo Dómi-nus noster, unigénitus Fílius tuus, unitam sibi fragilitatis nostræ sub-stántiam, in glóriæ tuæ déxtera collocávit : sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Ma-riæ, Genitrixis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et...

Præfatio
de S. Corde Jesu

V Ere dignum et ju-stum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique grá-tias ágere : Dómine sancte, Pater omnípo-tens, æterne Deus : qui Unigénitum tuum in cruce pendéntem láncea militis tránsfigi vo-luísti, ut apértum Cor, divinæ largitatis sa-crárium, torréntes no-bis funderet miseratió-nis et grátiæ, et quod amóre nostri flagráre nunquam déstitit, piis esset réquies et pœni-téntibus patéret salútis refúgium. Et ídeo cum Angelis et Archángeli-s, cum Thronis et Do-minatió-nibus, cumque omni militia cælestis exér-citus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes :

Sanctus, Sanctus...

Præfatio
de Christo Rege

V Ere dignum et ju-stum est, æquum et salutare, nos tibi sem-per, et ubique grátiás

ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus : Qui unigenitum Fílium tuum Dóminum nostrum Iesum Christum, Sacerdótem æternum et universorum Regem, óleo exsultatiónis unxisti : ut scipsum in ara crucis, hóstiam immaculátam et pacíficam offérens, redemptiónis humánae sacramenta perágeret : et suo subiectis império ómnibus creatúris, æternum et universálē regnum imménsae tuæ tráderet Majestáti : regnum veritatis et vitæ; regnum sanctitatis et gratiæ; regnum justitiæ, amoris et pacis. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cœlestis exércitus, hymnum gloriæ tuæ cámus, sine fine dicéntes :

Sanctus...

Præfatio de Spiritu Sancto

V Ere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi sem-

per, et ubique grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus : per Chri-stum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos, sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum (ho-diérana die) in filios adoptiónis effúdit. Quapropter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsútat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum gloriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes : Sanctus...

Infra Actionem

C Ommunicántes, et diem sacratissimum Pentecóstes celebrántes, quo Spíritus Sanctus Apóstolis innúmeris linguis appáruit : sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et... Reliqua et Hanc igitur post Præfationem Paschalem.

Præfatio de Sanctissima Trinitate

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratiæ agere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : Qui cum unigénito Filio tuo, et Spíritu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus : non in unius singularitate persónæ, sed in unius Trinitate substâtiæ. Quod enim de tua glória, revelante te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine differéntia discretiōnis sentimus. Ut in confessiōne veræ sempiternæque Deitatis, et in persónis proprietas, et in esséntia úntas, et in majestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

Sanctus...

Præfatio de B. Maria Virgine

In Missis votivis dicitur : in Veneratiōne.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratiæ agere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : Et te in *** beátæ Mariæ semper Vírginis collaudare, benedicere et prædicare. Quæ et Unigenitum tuum Sancti Spíritus obumbratiōne concépit : et virginitatis glória permanente, lumen æternum mundo effúdit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationes, tremunt Pontestates. Cæli, cælorūmque Virtutes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatiōne concélébrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas, deprecámur, súpplici confesiōne dicentes :

Sanctus, Sanctus...

**Præfatio
de S. Joseph
Sponso B. M. V.**

*In Missis votivis dicitur :
in Veneratōne.*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens aeternus Deus : Et te in Festivitate beatissimi Joseph debitum magnificare praecōniis, benedicere et prædicare. Qui et vir justus, a te Desparae Virgini sponsus est datus : et fidelis servus ac prudens, super Familiam tuam est constitutus : ut Unigenitum tuum, Sancti Spiritus obumbratione concéptum, paterna vice custodiret, Iesum Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorūmque Virtutes, ac beata Séraphim, socia exultatione concélébrant. Cum quibus et

nostras voces, ut admitti jubeas, deprecāmur, supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus...

**Præfatio
de Apostolis**

Vere dignum et justum est, æquum et salutare : Te, Domine, suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor aeternus, non dereras : sed per beatos Apóstolos tuos, continua protectione custodias : Ut ilisdem rectóribus gubernétur, quos operis tui vicários eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cœlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus...

Præfatio communis

Vere dignum et justum es, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grá-

tias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus : per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas deprecámur, súpplici confesióne dicéntes :

Sanctus, Sanctus...

Præfatio Defunctorum

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grá-

tias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus : per Christum Dóminum nostrum. In quo nobis spes beátæ resurrectiōnis effúlsit, ut quos contristat certa moriéndi conditio, eósdem consolétur futuræ immortalitatis promissio. Tuis enim fidélibus, Dómine, vita mutatur, non tollitur, et dissoluta terréstris hujus incolatus domo, ætéerna in cælis habitatio comparatur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ cónimus, sine fine dicéntes :

Sanctus, Sanctus...



CANON MISSÆ

Finita Præfatione, Sacerdos extendens, elevans aliquantulum et jungens manus, elevansque ad cælum oculos, et statim demittens, profunde inclinatus ante Altare, manibus super eo positis, dicit :

Eigitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, súplices rogámus, ac pétimus, *Osculatur Altare, et junctis manibus ante pectus, dicit* : uti accepta hábeas, et benedicas, *Signat ter super Hostiam et Calicem simul, dicens* : hæc **+** dona, hæc **+** múnera, hæc **+** sancta sacrificia illibáta, *Extensis manibus prosequitur* : in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica : quam pacificare, custodire, adunare, et régere dignéris toto orbe terrarum : una cum fámulo tuo

Papa nostro N. et Antistite nostro N. et omnibus orthodóxis, atque cathólicæ, et apostólicæ fidei cultóribus.

Commemoratio pro vivis

Méménto, Dómine, famulorum, famularumque tuarum N. et N. *Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit : deinde manibus extensis prosequitur* : et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus : vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus : pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis, et incolumentatis suæ : tibique reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

Infra Actionem

Communicantes, et memóriam venerantes, in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philippi, Bartholoméi, Matthæi, Simónis et Thaddæi : Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni : et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectionis tuæ muníámur auxilio. *Jungit manus.* Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super oblata, dicit :

Hanc igitur oblatiōnem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias : diésque no-

stros in tua pace dispónas, atque ab ætérrna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. *Jungit manus.* Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

QUAM oblationem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, *Signat ter super oblata*, bene-**dictam**, adscrí**ptam**, ra**tam**, rationábilem, acceptabilémque fácere dignérис : *Signat semel super Hostiam*, ut nobis Cor**pus**, et *semel super Calicem*, et San**ctus** guis fiat dilectissimi Filii tui, *Jungit manus*, Dómini nostri Jesu Christi.

QUI prídie quam patrétur, *Accipit Hostiam*, accépit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, *Elevat oculos ad cælum*, et elevatis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, *Caput inclinat*, tibi grátias agens, *Signat super Hostiam*, bene-**díxit**, fregit, deditque discípulis suis,

dicens : Accipite, et manducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices et pollices, profert verba consecrationis secrete, distincte, et attente super Hostiam, et simul super omnes, si plures sint consecrandæ.

Hoc est enim Corpus meum.

Quibus verbis prolati, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat : surgit, ostendit populo, reponit super Corporale, et genuflexus iterum adorat : nec amplius pollices et indices disjungit, nisi quando Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum. Tunc, detecto Calice, dicit :

SImili modo postquam cœnatum est, Ambabus manibus accipit Calicem, accipiens et hunc præclarum Cálicem in sanctas, ac venerabiles manus suas : item Caput inclinat, tibi grárias agens, Sinistra tenens Calicem, dextera signat super eum, bene ✠ dixit, deditque discipulis suis, dicens : Accipite, et bóbite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis super Calicem, attente, continuante, et secrete, tenens illum parum elevatum.

Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi et æterni testaménti : mystérium fidei : qui pro vobis et pro multis effundétur in remissiónem peccatórum.

Quibus verbis prolati, deponit Calicem super Corporale, et dicens secrete :

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memóriam faciéatis.

Genuflexus adorat : surgit, ostendit populo, deposit, cooperit, et genuflexus iterum adorat. Deinde disjunctis manibus dicit :

UNde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílli tui Dómini nostri tam beatæ passiónis, nec non et ab inferis resurrectiōnis, sed et in cælos gloriósæ ascensiōnis : offérimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis, ac datis, Jungit manus, et signat

ter super Hostiam, et Calicem simul, dicens : hóstiam ✕ puram, hóstiam ✕ sanctam, hóstiam ✕ immaculátam, Signat semel super Hostiam, dicens : Panem ✕ sanctum vitæ ætérnæ, et semel super Calicem, dicens : et Cálicem ✕ salútis perpétuæ.

Extensis manibus prosequitur :

SUpra quæ propitio
Sac seréno vultu re-
spícere dignéris : et ac-
cépta habére, sicuti ac-
cépta habére dignátus
es múnera púeri tui
justi Abel, et sacrificium
Patriárchæ nostri
Abrahæ : et quod tibi
óbtulit summus sacér-
dos tuus Melchísedech,
sanctum sacrificium,
immaculátam hóstiam.

*Profunde inclinatus, jun-
ctis manibus et super Altare
positis, dicit :*

SUplices te rogá-
mus, omnípotens
Deus : jube hæc per-
férri per manus sancti
Angeli tui in sublímē
altáre tuum, in con-
spéctu divinæ majestá-

tis tuæ : ut quotquot,
Osculatur Altare, ex
hac altáris participatió-
ne sacrosánctum Fílii
tui, *Jungit manus, et*
signat semel super Ho-
stiam, et semel super
Calicem, Cor ✕ pus, et
Sán ✕ guinem sumpsé-
rimus, *Seipsum signat,*
dicens : omni benedi-
ctióne cælesti et grátia
repleámur. *Jungit ma-*
nus. Per eúmdem Chri-
stum Dóminum no-
strum. Amen.

Commemoratio pro defunctis

MEménto étiam, Dó-
mine, famulórum,
famularúmque tuárum
N. et N. qui nos præ-
cessérunt cum signo
ffidei, et dórmiunt in
somno pacis.

*Jungit manus, orat ali-
quantulum pro iis defunctis,
pro quibus orare intendit,
deinde extensis manibus
prosequitur :*

Ipsis, Dómine, et
omnibus in Christo
quiescéntibus, locum
refrigérii, lucis et pa-
cis, ut indúlgeas, de-
precámur. *Jungit ma-*
nus, et caput inclinat,

dicens : Per eumdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Manu dextera percutit sibi pectus, elata aliquantulum voce dicens :

Nobis quoque peccatóribus Extensis manibus ut prius, secrete prosequitur : famulis tuis, de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus : cum Joánnе, Stéphano, Matthía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcilia, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis : intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniae, quæsumus, largítor admitte. *Jungit manus.* Per Christum Dóminum nostrum.

PER quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, *Signat ter super Hostiam, et Calicem simul, dicens :*

sancti **X** ficas, vivi- **X** ficas, bene **X** dícis, et præstas nobis.

Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Hostiam inter pollicem et indicem manus dexteræ : et tenens sinistra Calicem, cum Hostia signat ter a labio ad labium Calicis, dicens :

Per ip**X**sum, et cum ip**X**so, et in ip**X**so, *Cum ipsa Hostia signat bis inter se et Calicem, dicens :* est tibi Deo Patri **X** omnipoténti, in unitáte Spíritus **X** Sancti, *Elevans parum Calicem cum Hostia, dicit :* omnis honor, et glória.

Reponit Hostiam, Calicem Palla cooperit, genuflectit, surgit et dicit intelligibili voce, vel cantat :

PER ómnia sæcula sæculórum.

Ry. Amen.

Jungit manus

Orémus : Præcéptis salutáribus móni, et divína institutióne formóti, audémus dicere :

Extendit manus

Pater noster, qui es in cælis : Sancti- ficétur nomen tuum : Advéniat regnum tu-

um : Fiat volúntas tua,
sicut in cælo, et in ter-
ra. Panem nostrum
quotidiánum da nobis
hódie : Et dimitte no-
bis débita nostra, sicut
et nos dimittimus de-
bitóribus nostris. Et ne
nos indúcas in tenta-
tionem. R̄. Sed libera
nos a malo.

Sacerdos secrete dicit :
Amen.

Deinde manus dextera
accipit inter indicem et
medium digitos Patenam,
quam tenens super Altare
erectam, dicit secrete :

LIbera nos, quæsu-
mus, Dómine, ab
ómnibus malis, præté-
ritis, præséntibus, et
futúris : et intercedénte
beáta, et gloriósa sem-
per Virgine Dei Geni-
trice María, cum beátis
Apóstolis tuis Petro et
Paulo, atque Andréa,
et ómnibus Sanctis,
Signat se cum Patena a
fronte ad pectus, da pro-
pítius pacem in diébus
nostris : Patenam oscu-
latur, ut ope misericór-
diæ tuæ adjúti, et a
peccáto simus semper
líberi, et ab omni per-
turbatióne secúri.

Submittit Patenam Ho-
stiæ, discooperit Calicem,
genuflectit, surgit, accipit
Hostiam, et eam super Ca-
licem tenens utraque ma-
nū, frangit per medium,
dicens :

Per eúmdem Dómi-
num nostrum Jesum
Christum Fílium tuum.

Et medianam partem, quam
in dextera manu tenet, po-
nit super Patenam. Deinde
ex parte, quæ in sinistra
remanserat, frangit parti-
culam, dicens :

Qui tecum vivit et
regnat in unitáte Spi-
ritus Sancti Deus.

Aliam medianam partem
quam in sinistra manu ha-
bet, adjungit mediæ super
Patenam positæ, et parti-
culam parvam dextera reti-
nens super Calicem, quem
sinistra per nodum infra
cuppam tenet, dicit intelli-
gibili voce, vel cantat :

PER ómnia sǽcula
sǽculórum.

R̄. Amen.

Cum ipsa particula si-
gnat ter super Calicem,
dicens :

PA X ☧ Dómini sit
☩ semper vobís-
☩ cum. R̄. Et cum spi-
ritu tuo.

Particulam ipsam im-mittit in Calicem, dicens secrete :

HÆC commixtio, et consecratio Córpo-ris et Sánguinis Dó-mini nostri Jesu Chri-sti, fiat accipiéntibus nobis in vitam æté-ram. Amen.

Cooperit Calicem, genu-flectit, surgit, et inclinatus Sacra-mento, junctis mani-bus, et ter pectus percutiens, intelligibili voce dicit :

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : dona nobis pacem.

In Missis Defunctorum non dicitur miserére nobis, sed ejus loco, dona eis réquiem, et in tertio additur sem-pitérnam.

Deinde, junctis manibus super Altare inclinatus di-cit secrete sequentes Ora-tiones :

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apóstoli tuis : Pacem relín-

quo vobis, pacem me-am do vobis : ne respi-cias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ : eámque secúndum vo-luntátem tuam pacifi-cáre et coadunáre di-gnérис : Qui vivis et regnas Deus per ómnia sǽcula sǽculórum.

Amen.

Si danda est pax, osculatur Altare, et dans pacem dicit : Pax tecum. R. Et cum spí-ritu tuo.

In Missis Defunctorum non datur pax, neque dici-tur præcedens Oratio :

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, co-operánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti : libera me per hoc sa-crosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitáibus meis, et univérsis ma-lis : et fac me tuis semper inhærére man-datis, et a te numquam separári permittas: Qui cum códem Deo Pa-tre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus

in sæcula sæculorum.
Amen.

Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego in-dignus súmere præsúmo, non mihi provéniat in judícium et condem-nationem : sed pro tua pietáte proxit mihi ad tutaméntum mentis et cörporis, et ad medé-lam percipiéndam : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæ-culorum. Amen.

Genuflectit, surgit, et dicit :

PAnem cælestem ac-cípiam, et nomen Dómini invocábo.

Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes Hostiæ inter pollicem, et indicem sinistræ manus, et Patenam inter eundem indicem, et medium supponit, et dextera tribus vicibus percutiens pectus, elata aliquantulum voce, ter dicit devote, et humiliter :

Domine, non sum di-gnus. *Et secrete prosequitur* : ut intres sub tectum meum : sed

tantum dic verbo, et sanábitur áнима mea.

Postea dextera se signans cum Hostia super Patenam, dicit :

Corpus Dómini no-stri Jesu Christi cu-stódiat ánimam meam in vitam ætérnam.

Amen.

Et se inclinans, reveren-ter sumit ambas partes Hos-tiæ : quibus sumptis, de-ponit Patenam super Cor-porale, et erigens se jungit manus, et quiescit aliquan-tulum in meditatione Ssmi Sacramenti. Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si que sint, extergit Patenam super Calicem, interim dicens :

Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans in-vocábo Dóminum, et ab inimícis meis sal-vus ero.

Accipit Calicem manu dextera, et eo se signans, dicit :

Sanguis Dómini no-stri Jesu Christi cu-stódiat ánimam meam in vitam ætérnam.

Amen.

Et sinistra supponens Patenam Calici, reverenter sumit totum Sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purifiet. Postea dicit :

QUod ore súmpsímus, Dómine, pura mente capiámus : et de múnere temporáli fiat nobis remédiuム sempitérnum.

Interim porrigit Calicem ministro, qui infundit in eo parum vini, quo se purificat : deinde prosequitur :

COrpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis : et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecérunt sacraménta : Qui vivis et regnas in sǽculo rúm.

Amen.

Abluit et extergit digitos, ac sumit ablutionem : extergit os, et Calicem, quem, plicato Corporali, operit et collocat in Altari ut prius : deinde prosequitur Missam.

Dicto, post ultimam Orationem, Ȑ. Dóminus vobíscum. R. Et

cum spíritu tuo, dicit pro Missæ qualitate, vel Ite, Missa est, vel Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

In Missis Defunctorum dicit : Ȑ. Requiéscant in pace. R. Amen.

Tempore Paschali, hoc est a Missa Sabbati sancti usque ad Sabbathum in Albis inclusive in Missis de Tempore :

Ite, Missa est, allelúa, allelúa.

Dicto Ite, Missa est, vel Benedicámus Dómino, Sacerdos inclinat se ante medium Altaris, et manibus junctis super illud, dicit secrete :

Pláceat tibi, sancta Trinitas, obséquium servitútis meæ : et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihiqüe, et ómnibus, pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde osculatur Altare : et elevatis oculis, extendens, elevans, et

*jungens manus, caputque Crucis inclinans, dicit: Benedicat vos omnipotens Deus, et versus ad populum, semel tantum benedicens, etiam in Missis solemnibus, prosequitur: Pater, et Filius, **†** et Spiritus Sanctus. R. Amen.*

In Missa Pontificaliter benedicitur, ut in Pontificali habetur.

Deinde Sacerdos in cornu Evangelii, junctis manibus dicit: V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Et signans signo Crucis primum Altare, vel librum, deinde se in fronte, ore, et pectore, dicit:

† *Initium sancti Evangelii secundum Joánnem.*

Vel si aliud Evangelium legendum sit:

Sequentia sancti Evangelii, etc.

R. Glória tibi, Domine.

Junctis manibus prosequitur:

Joann. 1, 1-14

TN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus

erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lumine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lumine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In própria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nōmine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed

ex Deo nati sunt. *Genus*
slectit dicens: Et Ver-
 bum caro factum est,
Et surgens prosequitur:
 et habitavit in nobis:
 et vidi mus gloriam
 ejus, gloriam quasi
 Unigeniti a Patre, plen-
 num gratiae et veri-
 tatis.

R. Deo gratias.

In Missis Defunctorum non datur benedictio

ctio, sed dicto Requiescant in pace, dicit:
 Pláceat tibi, sancta Trinitas: *deinde osculato Altari, legit Evangelium sancti Joannis.*

Finito Evangelio sancti Joannis, discedens ab Altari, pro gratiarum actione dicit Antiphonam Trium puerorum, cum reliquis, ut infra.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

Quilibet Sacerdos, ex concessione Pii XI sub die 3 Octobris 1936, lucrari potest: *Indulgentiam quinque annorum*, si post Missam celebratam recitet Canticum Trium puerorum et Psalmum 150 cum adnexa antiphona, versiculis et *Oremus* ut infra; *plenarium*, si per integrum mensem praedictas preces recitaverit, accedente sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

Ant. Trium puerorum * cantémus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dómino. (*T. P. Alleluja.*)

Quæ Aña in Duplicibus tantum duplicatur.

CANTICUM TRIUM PUERORUM

Dan. 3, 57-88 et 56

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; * laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino; * benedicite, cæli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, Dómino; * benedicite omnes exércitus Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino; * benedicite, stellæ cæli, Dómino. —

Benedícite, omnisimber et ros, Dómino; * benedícite, omnes venti, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino; * benedícite, frigus et algor, Dómino.

Benedícite, rores et pluviae, Dómino; * benedícite, gláicies et gelu, Dómino.

Benedícite, pruínæ et nives, Dómino; * benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et tenebrae, Dómino; * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino. —

Benedicat terra Dómino, * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino; * benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino; * benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino; * benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiae et pécora, Dómino; * laudáte et superexaltáte eum in sæcula. —

Benedícite, filii hómini num, Dómino; * benedícite, Israël, Dómino.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino; * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus et ánimæ justórum, Dómino; * benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino; * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es, Dómine, in firmaménto cæli; * et laudabilis, et superexaltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen.

PSALMUS 150

LAUDÁTE Dóminum in sanctuário ejus, * laudáte eum in augústo firmaménto ejus.

Laudáte eum propter grándia ópera ejus, * laudáte eum propter summam ma-jestátem ejus.

Laudáte eum clangó-re tubæ, * laudáte eum psaltério et cíthara.

Laudáte eum týmpano et choro, * laudáte eum chordis et órgano.

Laudáte eum cýmbalis sonóris, laudáte eum cýmbalis crepi-tántibus : * omne quod spirat, laudet Dómi-num!

Glória Patri.

Ant. Trium pueró-rum cantémus hymnum, quem cantábant sancti in camino ignis, benedicéntes Dómi-num. (*T. P.* Allelúja.)

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléi-son. Pater noster.

¶. Et ne nos indúcas in tentatióne. Rý. Sed libera nos a malo.

¶. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua. Rý. Et sancti tui benedicant tibi.

¶. Exsultábunt sancti in glória. Rý. Læta-

búntur in cubílibus suis.

¶. Non nobis, Dómi-ne, non nobis. Rý. Sed nómini tuo da glóriam.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam. Rý. Et clamor meus ad te vé-niat.

¶. Dóminus vobís-cum. Rý. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D Eus, qui tribus púe-ris mitigásti flammas ignium : concéde propítius; ut nos fá-mulos tuos non exúrat flamma vitiórum.

A Ctiónes nostraras, quásumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere : ut cuncta nostra orálio et operálio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

D A nobis, quásumus Dómine, vitiórum nostrórum flamas extínguere : qui beáto Lauréntio tribuísti tor-mentórum suórum incéndia superáre. Per Christum Dóminum nostrum. Rý. Amen.

ORATIONES

pro opportunitate Sacerdotis dicendæ

Oratio S. Thomæ Aquinatis

Indulgentia trium annorum; plenaria, oratione quotidie in integrum mensem pie reiterata et additis sacramentali confessione, alicujus ecclesiæ vel publici oratorii visitatione et precibus ad Summi Pontificis mentem. (Pius Pp. XI, 22 Novembris 1934.)

G Rátias tibi ago, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui me peccatórem, indignum fámulum tuum, nullis meis méritis, sed sola dignatiónē misericórdiæ tuæ, satiáre dignátus es pretióso Córpose et Sanguine Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi : et precor, ut hæc sancta commúnio non sit mihi reátus ad pœnam, sed intercéssio salutáris ad véniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum bonæ voluntátis. Sit vitiórum meórum evacuátio, concupiscéntiæ et libidinis exterminátio, caritátis et patién-

tiæ, humilitátis et obe-diéntiæ, omniúmque virtútum augmentátio: contra insídias inimicórum ómnium, tam visibilium, quam invisibilium, firma defénsio : mótuum meórum, tam carnálium, quam spirituálium, perfécta quietátio : in te uno ac vero Deo firma adhásio: atque finis mei felix consummátio. Et precor te, ut ad illud ineffábile convívium me peccatórem perducere dignérис, ubi tu cum Fílio tuo, et Spíritu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gáudium sempitérnum, jucunditas consummáta, et felicitas perfécta. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Oratio
S. Bonaventuræ

Indulgentia trium annorum (Pius Pp. XI, 31 Oct. 1936).

Ransfige, dulcissime Dómine Jesu, medúllas et víscera áni-

mæ meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vñlñre, vera serenaque et apostólica sanctissima caritáte, ut lángueat et liquefiat ánima mea solo semper amore et desidério tui, te concupiscat, et deficiat in átria tua, cùpiat dissolví, et esse tecum. Da, ut ánima mea te esúriat, panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidiánnum, supersubstantialem, habéntem omnem dulcedinem, et saporem, et omne delectamentum suavitatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esúriat et cómedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleántur viscera ánimæ meæ: te semper sítiat fontem vitæ, fontem sapiéntiæ et sciéntiæ, fontem ætérsi lúminis, torréntem voluptatis, ubertatem domus Dei: te semper ámbiat, te quærat, te invéniat, ad te tendat, ad te pervéniat, te meditétur, te loquátur, et ómnia operétur

in laudem et glóriam nómínis tui, cum humilitate et discretiōne, cum dilectione et delectatiōne, cum facilitate et afféctu, cum perseverantia usque in finem: et tu sis solus semper spes mea, tota fidúcia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gáudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suávitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refúgium meum, auxílium meum, sapiéntia mea, pórtio mea, posséssio mea, thesáurus meus, in quo fixa, et firma, et immobíliter semper sit radicata mens mea, et cor meum. Amen.

Rhythmus S. Thomæ Aquinatis

Indulgentia quinque annorum; plenaria suetis conditionibus, quotidiana rhythmi recitatione in integrum mensem producta (Pius Pp. XI, 12 Mart. 936).

A Dóro te devóte, latens Déitas,
Quæ sub his figúris vere látitas:

Tibi se cor meum totum súbjicit,
 Quia te contémplans totum déficit.
 Visus, tactus, gustus in te fállitur,
 Sed audítu solo tuto créditur:
 Credo quidquid dixit Dei Fílius,
 Nil hoc verbo veritatis vérius.
 In cruce latébat sola Déitas;
 At hic latet simul et humánitas:
 Ambo tamen credens atque cónfiteens,
 Peto quod petívit latro pénitens.
 Plagas, sicut Thomas, non intúeoir,
 Deum tamen meum te confítior:
 Fac me tibi semper magis crédere,
 In te spem habére, te diligere.
 O memoriále mortis Dómini,
 Panis vivus, vitam præstans hómini:
 Præsta meæ menti de te vívere,
 Et te illi semper dulce sápere.
 Pie pellicáne Jesu Dómine,

Me immúndum munda tuo sánguine:
 Cujus una stilla salvum fácere
 Totum mundum quit ab omni scélere.
 Jesu, quem velátum nunc aspicio.
 Oro, fiat illud, quod tam sítio:
 Ut te reveláta cernens fácie,
 Visu sim beátus tuæ glóriæ. Amen.

Aspirationes S. Ignatii ad Ssmum Redemptorem

Indulgentia septem annorum, si Sacerdos post Missam invocationes pie recitaverit; trecentorum dierum toties quoties; plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocationum recitatio devote peracta fuerit (Pius Pp. IX, 9 Jan. 1854).

A Nima Christi, sanctifica me.
 Corpus Christi, salva me.
 Sanguis Christi, inebria me.
 Aqua láteris Christi, lava me.
 Pássio Christi, conforta me.

O bone Jesu, exáudi me.
 Intra tua vúlnera abs-
 cónde me.
 Ne permittas me sepa-
 rári a te.
 Ab hoste maligno de-
 fende me.
 In hora mortis meæ
 voca me.
 Et jube me venire ad te,
 Ut cum Sanctis tuis
 laudem te.
 In sǽcula sæculórum.
 Amen.

Oblatio sui

*Indulgéntia trium anno-
 rum; plenaria suetis con-
 ditionibus, si quotidie per*

integrum mensem actus
 oblationis devote recitatus
 fuerit (Pius Pp. XI 4 Dec.
 1932).

Suscipe, Dómine,
 univérsam meam
 libertátem. Accipe me-
 móriam, intelléctum,
 atque voluntátem om-
 nem. Quidquid hábeo,
 vel possideo, mihi lar-
 gitus es: id tibi totum
 restítuo, ac tuæ pror-
 sus voluntáti trado gu-
 bernándum. Amórem
 tui solum cum grátia
 tua mihi dones, et dives
 sum satis, nec áliud
 quidquam ultra posco.

Oratio ad D. N. J. C. Crucifixum *ante imaginem Crucifixi*

*Indulgéntia decem annorum; plenaria recitantibus
 post Missam et orantibus ad mentem Summi Ponti-
 ficis (Pius Pp. XI, 2 Februarii 1934).*



Reprinted - manus - missa - et - pectora - 1934

CN ego, o bone et dulcís-
 sime Jesu, ante conspé-
 ctum tuum génibus me pro-
 vólvo ac máximo ánimi ar-
 dóre te oro atque obtéstor,
 ut meum in cor vívidos
 fídei, spei et caritátis sen-
 sus, atque veram peccató-
 rum meórum poénitentiam,
 éaque emendándi firmissi-
 mam voluntátem velis im-
 primere: dum magno ánimi
 afféctu et dolóre tua quinque vúlnera mecum

ipse considero, ac mente contémplor, illud præ
óculis habens, quod jam in ore ponébat tuo
David Prophéta de te, o bone Jesu: Fodérunt
manus meas et pedes meos: Dinumeravérunt
ómnia ossa mea.

Alia Oratio

*Indulgencie trium anno-
rum* (Pius Pp. IX, 11 Decembris 1846). Insuper
hanc orationem recitanti
flexis genibus, nisi impe-
diatur, conceditur remissio
defectuum et culparum
in celebratione Missæ ex
humana fragilitate contra-
ctarum. (Pius Pp. X, 29
Augusti 1912.)

O Bsecro te, dulcissi-
me Dómine Jesu
Christe, ut pássio tua
sit mihi virtus qua mún-
niar, prótegar, atque
deféndar: vúlnera tua
sint mihi cibus, potús-
que, quibus pascar,
inébrier, atque delé-
cter: aspérsio sanguini-
nis tui sit mihi ablúcio
ómniū delictórum
meórum: mors tua sit
mihi vita indeficiens,
crux tua sit mihi gló-
ria sempitéra. In his
sit mihi reféctio, exul-
tatio, sánitas et dulcé-
do cordis mei: Qui
vivis et regnas in sǽ-
cula sæculórum. Amen.

Oratio ad B. Mariam V.

*Indulgencie trium anno-
rum* (Pius Pp. XI, 3 Oct.
1936).

O María, Virgo et Ma-
ter sanctissima, ec-
ce suscépi dilectissi-
mum Fílium tuum,
quem immaculáto úte-
ro tuo concepísti, ge-
nuísti, lactásti, atque
suavíssimis ampléxi-
bus strinxísti. Ecce
cujus aspéctu lætabá-
ris, et ómnibus delíciis
replebáris, illum ipsum
tibi humsliter et amán-
ter repræsénto, et offe-
ro tuis bráchiis con-
stringéndum, tuo corde
amándum, sanctissi-
mæque Trinitati in su-
prénum latræ cultum
pro tui ipsius honore et
glória, et pro meis, to-
tiúsque mundi neces-
sitátibus offeréndum.
Rogo ergo te piissima
Mater, ímpetra mihi
véniam ómniū pecca-
tórum meórum, ube-

réisque grátiā ipsi deinceps fidélius ser-viéndi, ac déniq[ue] grá-tiā finálem, ut eum tecum laudáre possim per ómnia sǽcula sǽcu-lórum. Amen.

Oratio ad S. Joseph

Indulgenc[ia] trium anno-rum; plenaria suetis con-ditionibus, oratione quoti-die per integrum mensem pia mente iterata (Pius Pp. XI, 18 Maii 1936).

VIrginum Custos et Pater, sancte Joseph, cujus fidéli custó-diæ ipsa Innocéntia Christus Jesus et Virgo virginum María com-missa fuit: Te, per hoc utrúmque caríssimum pignus Jesum et Maríam óbsecro et obté-stor, ut me ab omni immundítia præservá-

tum, mente incontami-náta, puro corde et ca-sto córpore Jesu et Ma-riæ semper fáciás ca-stíssime famulári.

Amen.

Oratio ad Sanctum

in cuius honorem Missa celebrata est.

Indulgenc[ia] trium anno-rum. (Pius Pp. XI, 3 Oct. 1936.)

Sancte N., in cuius honórem incruén-tum Córporis et Sán-guinis Christi sacrifi-cium óbtuli, fac poténti apud Deum intercessió-ne, ut, usu hujus my-stérii, passiónis et mor-tis ejúsdem Christi, Salvatóris nostri, mé-rita cónsequar, ac cum illius frequentatióne contínuo crescat meæ salútis efféctus. Amen.

SEPTEM PSALMI PÆNITENTIALES

CUM LITANIIS

Sicubi recitentur in Choro, congrue dicuntur post Matutinum et Laudes diei flexis genibus, dicto Benedicamus Dómino; extra Chorum pro temporis opportunitate.

Litaniae similiter quando dicendae sint sine Psalmis Pænitentialibus, dicuntur extra Processionem flexis genibus in Choro post Matutinum et Laudes diei, dicto Benedicamus Dómino: extra Chorum vero pro temporis opportunitate. Sed neque in Choro neque extra Chorum anticipari possunt de sero.

Ant. Ne reminiscáris.

Ps. 6 Dómine, noli me argúere in ira tua,
p. 80*.

Et in fine cuiuslibet Psalmi dicitur Glória Patri.

Ps. 31 Beátus cuius remissa est iniqüitas,
p. 113*.

Ps. 37 Dómine, noli me argúere in ira tua,
p. 115*.

Ps. 50 Miserére mei, Deus, p. 94*.

Ps. 101 Dómine, exaudi oratióne meam,
p. 121*.

Ps. 129 De profúndis clamo ad te, Dómine,
p. 72*.

Ps. 142 Dómine, audi oratióne meam,
pércepe, p. 102*.

Ant. Ne reminiscáris,
Dómine, delicta nostra,
vel paréntum nostrorum;
neque vindictam sumas de peccátis nostris.

LITANIAE

KYrie, éléison.
Christe, éléison.
Kýrie, éléison.
Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos.

Pater de cælis Deus,
miserére nobis.
Fili, Redémptor mundi
Deus, miserére nobis.

Spíritus Sancte Deus,	Sancte Luca,	ora.
miseré nobis.	Sancte Marce,	ora.
Sancta Trinitas, unus	Omnès sancti Apóstoli	
Deus, miseré nobis.	et Evangelistæ, oráte.	
Sancta María, ora.	Omnès sancti Discípuli	
Sancta Dei Génitrix,	Dómini, oráte.	
ora.	Omnès sancti Innocén-	
Sancta Virgo vírgi-	tes, oráte.	
num, ora pro nobis.	Sancte Stéphane,	
Sancte Michaël, ora.	ora pro nobis.	
Sancte Gábriel, ora.	Sancte Laurénti, ora.	
Sancte Raphaël, ora.	Sancte Vincénti, ora.	
Omnès sancti Angeli	Sancti Fabiáne et Se-	
et Archángeli, oráte.	bastiáne, oráte.	
Omnès sancti beató-	Sancti Joánnes et Pau-	
rum Spirituum órdi-	le, oráte.	
nés, órate pro nobis.	Sancti Cosma et Da-	
Sancte Joánnes Baptí-	miáne, oráte.	
sta, ora pro nobis.	Sancti Gervási et Pro-	
Sancte Joseph, ora.	tási, oráte.	
Omnès sancti Patriár-	Omnès sancti Mártý-	
chæ et Prophétæ,	res, oráte.	
ora.	Sancte Silvéster, ora.	
Sancte Petre, ora.	Sancte Gregóri, ora.	
Sancte Paule, ora.	Sancte Ambrósi, ora.	
Sancte Andréa, ora.	Sancte Augustíne, ora	
Sancte Jacóbe, ora.	pro nobis.	
Sancte Joánnes, ora.	Sancte Hierónyme, ora.	
Sancte Thoma, ora.	Sancte Martíne, ora.	
Sancte Jacóbe, ora.	Sancte Nicoláë, ora.	
Sancte Philíppe, ora.	Omnès sancti Pontífi-	
Sancte Bartholomáee,	ces et Confessóres,	
ora.	ora.	
Sancte Matthæe, ora.	Omnès sancti Doctó-	
Sancte Simon, ora.	res, oráte.	
Sancte Thaddæe, ora.	Sancte Antóni, ora.	
Sancte Matthía, ora.	Sancte Benedícte, ora.	
Sancte Bárnaba, ora.	Sancte Bernárde, ora.	

Ut Domnum Apostóli-
cum, et omnes ecclæ-
siásticos órdines in
sancta religióne con-
serváre dignérис, te.

Ut inimícos sanctæ Ec-
clésiæ humiliare di-
gnérис, te.

Ut régibus et princípi-
bus christiánis pa-
cem et veram concór-
diam donáre digné-
ris, te.

Ut cuncto pôpulo chri-
stiáno pacem et uni-
tatem largiri digné-
ris, te rogámus.

Ut omnes errántes ad
unitátem Ecclésiæ
revocáre, et infidéles
univérsos ad Evan-
gélii lumen perdúce-
re dignérис, te.

Ut nosmetípsos in tuo
sancto servítio con-
fortare, et conservá-
re dignérис, te.

Ut mentes nostras ad
cælestia desidéria
érigas, te rogámus.

Ut ómnibus benefactó-
ribus nostris sempí-
térrna bona retríbuas,
te rogámus.

Ut ánimas nostras,
fratrum, propinquó-
rum, et benefactó-
rum nostrórum ab

ætérrna damnatióne
erípias, te rogámus.

Ut fructus terræ dare,
et conserváre digné-
ris, te rogámus.

Ut ómnibus fidélibus
defúnctis réquiem
ætérrnam donáre di-
gnérис, te rogámus.

Ut nos exaudire digné-
ris, te rogámus.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, par-
ce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, exáu-
di nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, mi-
serére nobis.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Kýrie, éléison.

Christe, éléison.

Kýrie éléison.

Pater noster *secreto*
usque ad.

℣. Et ne nos indúcas
in tentatióne. R. Sed
líbera nos a malo.

PSALMUS 69

℣ Láceat tibi, Deus,
℣ ut erípias me; *
Dómine, ad adjuván-
dum me festína.

V. Confundántur, et erubéscant, * qui quærunt vitam meam.

Cedant retrórsum, et pudóre afficiántur, * qui delectántur malis meis.

Recédant confusióne opérти, * qui dicunt mihi : Euge, euge!

Exsúltent et lætén-
tur de te * omnes qui quærunt te;

Et dicant semper : «Magnificétur Deus», * qui desíderant auxílium tuum.

Ego autem miser sum et pauper, * Deus, suc-
cúrre mihi!

Adjútor meus et libe-
rátor meus es tu : * Dó-
mine, ne tardáveris.

Glória Patri.

V. Salvos fac servos
tuos. R^y. Deus meus,
sperántes in te.

V. Esto nobis, Dómi-
ne, turris fortitúdinis.
R^y. A sácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícius in nobis. R^y. Et
filius iniquitatis non appónat nocére nobis.

V. Dómine, non se-
cúndum peccáta nostra
fáciás nobis. R^y. Neque
secúndum iniquitátes
nostras retríbuas nobis.

V. Orémus pro Pon-
tifice nostro. *N.* R^y. Dó-
minus consérvet eum,
et vivíficet eum, et beá-
tum fáciat eum in ter-
ra, et non tradat eum in
ánimam inimicórum
ejus.

V. Orémus pro be-
nefactóribus nostris.
R^y. Retribúere dignáre,
Dómine, ómnibus no-
bis bona faciéntibus
propter nomen tuum
vitam ætérnam. Amen.

V. Orémus pro fidé-
libus defúnctis. R^y. Ré-
quiem ætérnam dona
eis, Dómine, et lux
perpétua lúceat eis.

V. Requiéscant in
pace. R^y. Amen.

V. Pro frátribus no-
stris abséntibus. R^y. Sal-
vos fac servos tuos,
Deus meus, sperántes
in te.

V. Mitte eis, Dómi-
ne, auxílium de sancto.
R^y. Et de Sion tuére
eos.

V. Dómine, exáudi
oratióñem meam. R^y. Et
clamor meus ad te vé-
niat.

V. Dóminus vobís-
cum. R^y. Et cum spíritu
tuo.

Orémus. *Oratio*

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes fámu-los tuos, quos delictórum caténa constringit, miserátio tuæ pietatis cleménter absólvat.

Exaudi, quásumus Dómine, súpplicum preces, et confitentium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgentiam tríbuas benignus, et pacem.

Ineffáibilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter ostén-de: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxu-as, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offéndaris, pœnitentia placáris, preces pôpuli tui supplicántis propitius respice: et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnipotens sempitér-ne Deus, miserere fámulo tuo Pontifici nostro N., et dirige

eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis æternæ: ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat.

Deus, a quo sancta desidéria recta consilia, et justa sunt ópe-ra, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandátis tuis dedita, et hóstium sublata formídine, témpora sint tua protectiōne tranquilla.

URE igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum, Dómi-ne: ut tibi casto córpo-re serviámus, et mundo corde placeámus.

FIdélium, Deus, óm-nium cónditor et redémptor, animábus famulórum, famularúm que tuárum remissió-nem cunctórum tríbue peccatórum: ut indul-géntiam, quam semper optavérunt, piis sup-plicationibus conse-quántur.

Actiones nostraras, aquásumus Dómine, aspirándo præveni, et

adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra oratio, et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus; ut, pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futurum jam exutos corpore suscépit, intercedentibus omnibus Sanctis

tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequántur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

¶. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíitu tuo.

¶. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dóminus. R. Amen.

¶. Et fidélium animæ per misericordiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

(Ad normam Decreti S. R. C. 9 Aug. 1922)

Primum dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

Kyrie, élison.

Kriste, élison.

Kyrie, élison.

Sancta María, ora pro eo (ea).

Omnes sancti Angeli et Archángeli, oráte.

Sancte Abel, ora.

Omnis chorus Justorum, ora.

Sancte Abraham, ora pro eo (ea).

Sancte Joánnes Baptista, ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriarchæ et Prophétæ, oráte.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.

Sancte Joánnes, ora.

Omnes sancti Apóstoli et Evangelistæ, oráte.	A periculo mortis, líbera.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.	A mala morte, líbera.
Omnes sancti Innocén- tes, oráte.	A pœnis inférni, líbera.
Sancte Stéphane, ora.	Ab omni malo, líbera.
Sancte Laurénti, ora.	A potestáte diáboli, líbera.
Omnes sancti Márti- res, oráte.	Per nativitátem tuam, líbera.
Sancte Silvéster, ora.	Per crucem et passió- nem tuam, líbera.
Sancte Gregóri, ora.	Per mortem et sepul- túram tuam, líbera.
Sancte Augustíne, ora.	Per gloriósam resurre- ctionem tuam, líbera.
Omnes sancti Pontífi- ces et Confessóres, oráte.	eum (eam), Dómine.
Sancte Benedicte, ora.	Per admirábilem ascen- siónem tuam, líbera.
Sancte Francísce, ora.	eum (eam), Dómine.
Sancte Camille, ora.	Per grátiam Spíritus
Sancte Joánnes de Deo, ora.	Sancti Parácliti, líbera.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.	In die judíci, líbera.
Sancta María Magda- léna, ora.	Peccatóres, te rogá- mus, audi nos.
Sancta Lúcia, ora.	Ut ei parcas, te rogá- mus, audi nos.
Omnes sanctæ Virgi- nes et Víduæ, oráte.	Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléi- son.
Omnes Sancti et San- cta Dei, intercéde pro eo (ea).	<i>Deinde cum in agone sui exitus anima anxiatur, di- cantur sequentes Orationes.</i>
Propitius esto, parce ei, Dómine.	
Propitius esto, líbera eum (eam), Dómine.	
Propitius esto, líbera.	
Ab ira tua, líbera.	

Oratio

Proficiscere, ánima
christiána, de hoc
mundo, in nómine Dei

Patris omnipoténtis,
qui te créavit : in nô-
mine Jesu Christi Filii
Dei vivi, qui pro te
passus est : in nômine
Spiritus Sancti, qui in
te effúsus est : in nô-
mine gloriósæ et sanctæ
Dei Genitricis Vir-
ginis Mariæ : in nômi-
ne beati Joseph inelyti
ejusdem Virginis Spon-
si : in nômine Angeló-
rum et Archangelórum :
in nômine Thronórum et
Dominatiónum : in nô-
mine Principátum et
Potestátum : in nômine
Virtútum, Chérubim et
Séraphim : in nômine
Patriarchárum et Pro-
phetárum : in nômine
sanctórum Apostoló-
rum et Evangelistá-
rum : in nômine sanctórum
Mártyrum et Confessórum : in nô-
mine sanctórum Mona-
chórum et Eremitárum :
in nômine sanctárum
Virginum, et ómnium
Sanctórum et Sanctá-
rum Dei. Hódie sit in
pace locus tuus, et ha-
bitatio tua in sancta
Sion. Per eúmdem
Christum Dóminum no-
strum. R^y. Amen.

Oratio

D

Eus misericors, Deus clemens, Deus, qui secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum peccáta pœnitentíum deles, et præteritórum críminum culpas vénia remissiónis evácuas : respice propítius super hunc fámulum tuum N., (hanc fámulam tuam,) et remissiónem ómnium peccatórum suórum, tota cordis confessióne poscéntem deprecátus exaudi. Rénova in eo (ea), piissime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fraude violátum est : et unitáti cörperis Ecclésiæ membrum redemptiōnis annécte. Miserere, Dómine, gemítuum, miserere lacrimárum ejus : et non habéntem fidúciam, nisi in tua misericórdia, ad tuæ Sacraméntum reconciliatiōnis admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

R^y. Amen.

Oratio

Comméndo te omni-poténti Deo, carissime frater (caríssima soror), et ei, cuius es creatúra, committo : ut, cum humanitatis débitum morte interveniente persólveris, ad auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egre-diénti itaque ánimæ tuæ de córpore spléndidus Angelórum cœtus occúrat : judex Apostolórum tibi senátus advéniat : candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus ób-viet : liliáta rutilántium te Confessórum turma circúmdet : jubilántium te Vírginum chorus excípiat : et beatæ quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus astringat : sanctus Joseph, moriéntium patrónus dulcissimus, in magnam spem te érigat : sancta Dei Génitrix Virgo María suos benigna óculos ad te convértat : mitis atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes

sibi júgiter interésse decérnat. Ignóres omne, quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus sátanascum satellítibus suis : in ad-véntu tuo, te comitán-tibus Angelis, contremiscat, atque in ætéerna noctis chaos immáne diffúgiat. Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus : et fúgiant qui odérunt eum, a fácie ejus. Sicut déficit fumus, deflcient : sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei : et justi epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur et eru-bescant omnes tartáreæ legíones, et ministri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifixus est. Líberet te ab ætéerna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Con-stítuat te Christus Fílius Dei vivi intra pa-radísi sui semper aména viréntia, et inter

oves suas te verus ille
Pastor agnoscet. Ille
ab omnibus peccatis
tuis te absolvat, atque
ad dexteram suam in
electorum suorum te
sorte constitutus. Redemtorem tuum facie
ad faciem videas, et
præsens semper assi-
stens, manifestissimam
beatis oculis aspicias
veritatem. Constitutus
(-a) igitur inter agmina
beatorum, contempla-
tionis divinæ dulcedine
potiaris in sæcula sæ-
culorum. R. Amen.

Oratio

Suscipe, Dómine, ser-
vum tuum (ancilla-
lam tuam) in locum
sperandæ sibi salvati-
onis a misericordia tua.
R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ) ex omnibus periculis
inférni, et de lá-
queis pœnarum, et ex
omnibus tribulatiōni-
bus. R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti
Henoch et Eliam de
communi morte mundi.
R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti
Noë de diluvio.

R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti
Abraham de Ur Chal-
dæorum. R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti Job
de passiōnibus suis.

R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti
Isaac de hóstia, et de
manu patris sui Abra-
hæ. R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti
Lot de Sódomis, et de
flamma ignis.

R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti
Móysen de manu Pha-
raonis regis Ægyptiorum.
R. Amen.

Libera, Dómine, ani-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberasti Da-
niélem de lacu leónum.
R. Amen.

Líbera, Dómine, án-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberásti
tres púeros de camíno
ignis ardéntis, et de
manu regis iniqui.

R. Amen.

Líbera, Dómine, án-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberásti Su-
sánnam de falso crími-
ne. R. Amen.

Líbera, Dómine, án-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberásti
David de manu Regis
Saul, et de manu Golíæ.

R. Amen.

Líbera, Dómine, án-
mam servi tui (ancillæ
tuæ), sicut liberásti Pe-
trum et Paulum de car-
céribus. R. Amen.

Et sicut beatissimam
Theclam Vírginem et
Mártyrem tuam de tri-
bus atrocissimis tor-
méntis liberásti, sic li-
beráredignérísánimam
hujus servi tui (ancillæ
tuæ), et tecum fáciás
in bonis congaudére
cælestibus. R. Amen.

Oratio

Commendámus tibi,
Dómine, ániam
fámuli tui (fámulæ tuæ)

N., precamúrque te,
Dómine Jesu Christe,
Salvátor mundi, ut,
propter quam ad ter-
ram misericórditer de-
scendísti, Patriarchá-
rum tuórum sínibus in-
sinuáre non rénuas.
Agnósce, Dómine, crea-
túram tuam, non a diis
aliénis créatam, sed a
te solo Deo vivo et ve-
ro : quia non est álius
Deus præter te, et non
est secúndum ópera
tua. Lætífica, Dómine
ániam ejus in con-
spéctu tuo, et ne me-
míneris iniquitátum
ejus antiquárum, et
ebrietátum, quas sus-
citávit furor, sive fer-
vor mali desidérii. Li-
cet enim peccáverit,
tamen Patrem, et Fí-
lium, et Spíritum San-
ctum non negávit, sed
crédidit, et zelum Dei
in se hábuit, et Deum,
qui fecit ómnia, fidéli-
ter adorávit.

Oratio

Delicta juventútis, et
ignorántias ejus,
quæsumus, ne memí-
neris, Dómine : sed se-
cúndum magnam mi-

sericórdiam tuam me-
mor esto illius in glória
claritatis tuæ. Aperián-
tur ei cæli, collætentur
illi Angeli. In regnum
tuum, Dómine, servum
tuum (ancillam tuam)
súscipe. Suscipiat eum
(eam) sanctus Michaël
Archángelus Dei, qui
militiæ cælestis mériuit
principátum. Véniant
illi óbviam sancti An-
geli Dei, et perdúcant
eum (eam) in civitátem
cælestem Jerúsalem.
Suscipiat eum (eam)
beátus Petrus Apóstolus,
cui a Deo claves
regni cælestis tráditæ
sunt. Adjuvet eum
(eam) sanctus Paulus
Apóstolus, qui dignus
fuit esse vas electiōnis.
Intercédat pro eo (ea)
sanctus Joánnes élctus
Dei Apóstolus, cui re-
veláta sunt secréta cæ-
lestia. Orent pro eo (ea)
omnes sancti Apóstoli,
quibus a Dómino data
est potéstanas ligándi
atque solvéndi. Intercé-
dant pro eo (ea) om-
nes Sancti et Elécti
Dei, qui pro Christi
nómine torménta in
hoc sǽculo sustinué-

runt: ut vínculis car-
nis exútus (-a), perve-
nire mereátur ad gló-
riam regni cælestis,
præstánte Dómino no-
stro Jesu Christo: Qui
cum Patre et Spíritu
Sancto vivit et regnat
in sæcula sæculórum.
R. Amen.

Oratio

Clementissima Vir-
go Dei Génitrix Ma-
ría, mœréntium piíssi-
ma consolátrix, fámuli
(-æ) N. spíritum Fílio
suo comméndet, ut hoc
matérno intervéntu
terróres mortis non ti-
meat; sed desiderátam
cælestis pátriæ man-
siónem, ea cómite, læ-
tus (-a) ádeat.

R. Amen.

Oratio

Ad te confúgio, san-
cte Joseph, Patróne
moriéntium, tibique,
in cujus béato transítu
vigiles adstiterunt Je-
sus et María, per hoc
utrúmque caríssimum
pignus, ánimam hujus
fámuli (-æ) N. in ex-
trémo agóne laborán-
tem eníxe comméndo.

ut ab insidiis diaboli et a morte perpétua, te protegénte, liberétur, et ad gáudia ætérrna pervenire mereáatur. Per Christum Dóminum nostrum.

Ry. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet Ps. 117 Grátias ágite et totus Ps. 118 Beáti quorum, per Horas Dominicae distributus.

IN EXSPIRATIONE

Moriens, si potest, dicat; vel si non potest, assistens sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: Jesu, Jesu, Jesu. Quod et ea quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam sæpius repeatat:

In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum. Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum. Sancta María, ora pro me. María mater grátiæ, mater misericórdiæ, tu me ab hoste prótege, et hora mortis súscipe. Sancte Joseph, ora pro me. Sancte Joseph, cum beáta Vírgine Sponsa tua,

áperi mihi divinæ misericórdiæ sinum. Jesu, María, Joseph, vobis cor et ánimam meam dono. Jesu, María, Joseph, adstáte mihi in extrémo agóne. Jesu, María, Joseph, in pace vobiscum dórmiam et requiéscam.

Egressa autem anima dicitur hoc

Ry. Subvenite, Sancti Dei, occúrrite, Angeli Dómini, * Suscipiéntes ánimam ejus: * Offeréntes eam in conspéctu Altissimi. V. Suscipiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te. Ry. Suscipiéntes ánimam ejus, * Offeréntes eam in conspéctu Altissimi. V. Réquiem ætérrnam dona ei, Dómine: et lux perpétua lúceat ei. * Offeréntes.

Kýrie, éléison, Christe, éléison. Kýrie, éléison.

Pater noster *secreto usque ad* V. Et ne nos indúcas in tentatióñem. Ry. Sed libera nos a malo. V. Réquiem ætérr-

nam dona ei, Dómine.
Ry. Et lux perpétua lúceat ei. V. A porta ínferi. Rz. Erue, Dómine, ánimam ejus. V. Requiéscat in pace.

Ry. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióñem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobis-cum. Ry. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio*
Iibi, Dómine, com-mendámus ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) N., ut defúnctus (-a) sǽculo tibi vivat : et quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tuvénia misericordíssimæ pietatis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum.

Ry. Amen.

FORMULA AD IMPERTIENDAM

INDULGENTIAM PLENARIAM IN ARTICULO MORTIS

V. Adjutórium no-strum in nómine Dómini. Ry. Qui fecit cæ-lum et terram.

Ant. Ne reminiscáris, Dómine, delicta fámuli tui (*vel* ancillæ tuæ) : neque vindictam sumas de peccátis ejus.

Kýrie, éléison. Chri-ste, éléison. Kýrie, éléison.

Pater noster *secreto usque ad* V. Et ne nos indúcás in tentatió-nem. Ry. Sed líbera nos a malo. V. Salvum fac

servum tuum (*vel* an-cíllam tuam). Ry. Deus meus, sperántem in te. V. Dómine, exáudi ora-tióñem meam. Ry. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobis-cum. Ry. Et cum spíritu tuo.

Orémus.
Clementíssime Deus, Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis, qui né-minem vis perfre in te credéntem atque spe-

rántem: secúndum multitudinem miseratiónum tuárum respice propítius fámulum tuum N. quem (*vel* fámulam tuam N. quam) tibi vera fides et spes christiána comméndant. Visita eum (eam) in salutári tuo, et per Unigéniti tui passiónem et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissiónem et véniam cleménter indúlge, ut ejus ánima in hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat, et in sanguine ejúsdem Filii tui ab omni mácula ablúta, transíre ad vitam mereátur perpétuam. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Tunc dicto ab uno e Clericis astantibus Confiteor, Sacerdos dicat Misereátrum et Indulgéntiam, ac deinde:

Dominus noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, per suam piíssimam misericórdiam recipiat confessióne tuam, et re-

stítuat tibi stolam pri-
mam, quam in baptís-
mate recepísti: et ego,
facultáte mihi ab Apo-
stólica Sede tribúta,
indulgéntiam plená-
riam et remissiónem
ómnium peccatórum
tibi concédo. In nōmi-
ne Patris **¶**, et Filii,
et Spiritus Sancti.

Amen.

Per sacrosáncta hu-
mánæ reparatiónis my-
stéria remittat tibi om-
nípotens Deus omnes
præséntis et futuræ vi-
tæ pœnas, paradiſi por-
tas apériat, et ad gáu-
dia sempitérna perdú-
cat. Amen.

Benedicat te omnípo-
tentis Deus, Pater **¶**, et
Fílius, et Spiritus Sanctus. Amen.

*Si vero Infirmus sit adeo
morti proximus, ut neque
confessionis generalis fa-
ciendæ, neque præmissarum
precum recitandarum sup-
petat tempus, statim Sacer-
dos benedictionem ei imper-
tiatur, dicendo :*

Ego, facultáte mihi
ab Apostólica Sede tri-
búta, indulgéntiam ple-
náriam et remissiónem

ómnium peccatórum tibi concédo. In nōmine Patris **X**, et Filii, et Spíritus Sancti.

Amen.

Per sacrosáncta...
Benedicat te, *ut supra*.

In casu vero necessitatis sufficit dicere :

Ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam ple-

náriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo, et benedico té. In nōmine Patris, **X** et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicantur semel, ut supra, singulari tantum numero in pluralem immutato.

BENEDICTIO MENSÆ

ANTE PRANDIUM

Sacerdos benedicturus mensam, incipit Benedicite, et alii repetunt Benedicite, et dicit V. Oculi ómnium, et alii prosequuntur

In te sperant, Dómine, et tu das escam illórum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, et imples omne ánimál benedictióne. Glória Patri. Sicut erat.

Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison. Pater noster, *secreto*. V. Et ne nos indúcas in tentatióne. R. Sed libera nos a malo.

*Postea Sacerdos dicit :
Orémus.*

Benedic, Dómine, nos et hæc tua dona, quæ de tua largítate sumus sumptúri. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde Lector : Jube, domne, benedicere. Benedictio. Mensæ cælestis participes fáciat nos Rex æternæ glóriæ. R. Amen.

POST PRANDIUM

Aguntur gratiæ modo.

Dicto a Lectore : Tu autem, Dómine, mise-

rére nobis. R. Deo grá-tias, *omnes surgunt.*

Sacerdos incipit

Ý. Confiteántur tibi Dómine, ómnia ópera tua. R. Et Sancti tui benedícant tibi. Ý. Glória Patri. R. Sicut erat.

Postea Sacerdos absolute dicat :

AGimus tibi grátias, Omnipotens Deus, pro univérsis beneficiis tuis: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Deinde alternatim dicitur Ps. Miserére, p. 94.*

Vel PSALMUS 116

LAudáte Dóminum, omnes gentes: * prædicáte eum, omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et fidélitas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri. Sicut erat.

Kýrie, éléison. Christe éléison. Kýrie, éléison.

Sacerdos dicit Pater noster, secreto. Ý. Et ne nos indúcas in ten-

tatióne. R. Sed libera nos a malo. Ý. Dispérsit, dedit paupéribus. R. Justitia ejus manet in sǽculum sǽculi. Ý. Benedicam Dóminum in omni témpore. R. Semper laus ejus in ore meo. Ý. In Dómino laudábitur ánima mea. R. Audiant mansuéti, et læténtur. Ý. Magnificáte Dóminum mecum. R. Et exaltémus nomen ejus in idíspum. Ý. Sit nomen Dómini benedictum. R. Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Deinde sine Orémus.

REtribúere dignáre Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam ætérnam.

R. Amen.

Ý. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

Ý. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Pater noster, *secreto.*

Quo finito, dicit Sacerdos :

Ý. Deus det nobis suam pacem. R. Amen.

ANTE CÆNAM

Sacerdos benedicturus mensam, incipit Benedicite, et alii repetunt Benedicite.

Sacerdos incipit V. et alii prosequuntur.

E Dent páuperes, et saturabúntur, et laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vi- vent corda eórum in sæculum sæculi. Glória Patri. *et reliqua ut supra*, p. 177*. Jube dom- ne, benedicere.

Benedictio Ad cœ- nam vitæ ætérnæ per- dúcatur nos Rex ætérnæ gloriæ. R. Amen.

In fine Cænæ dicitur :
V. Memóriam fecit mirabíllium suórum mi- séricors et miserátor Dóminus. R. Escam dedit timéntibus se. Glória Patri. etc.

Sacerdos dicat :
Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus opéribus suis: Qui vivit et regnat in sæcula sæcu- lorum. R. Amen.

Ps. Laudáte Dóminum omnes gentes, et reliqua, p. 178*.

Quando semel comeditur, omnia dicuntur ut in Cœna.

Prædictus modus benedi- cendi mensam, et agendi gratias, servatur omni tem- pore, præterquam diebus infrascriptis, quibus VV. et Psalmi tantum varian- tur.

IN NATIV. DOMINI usque ad Cœnam Vigiliæ Epiphaniæ exclusive di- citur :

V. Verbum caro fa- ctum est, allelúja. R. Et habitávit in no- bis, allelúja. Glória Pa- tri.

In fine dicitur :
V. Notum fecit Dó- minus, allelúja. R. Sa- lutare suum, allelúja.
Alia ut supra.

PSALMUS 97

CAntáte Dómino cán- ticum novum, * quia mirabília fecit.

*Victóriam parávit ei déxtera ejus, * et brá- chium sanctum ejus.*

*Notam fecit Dóminus salútem suam; * in con- spéctu géntium revelá- vit justítiam suam.*

*Recordátus est boni- tatis et fidelitatis suæ * ingratiā domus Israël.*

Vidérunt omnes fines terræ * salútem Dei nostri. —

Exsultáte Dómino, omnes terræ, * lætámini et gaudéte et psál-lite.

Psállite Dómino cum cíthara, * cum cíthara et sónitu psaltérii,

Cum tubis et sono búcinæ : * exsultáte in conspéctu regis Dómini. —

Insonet mare et quæ illud replent, * orbis terrárum et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudant mánibus, * simul mon tes exsúltent.

Coram Dómino, quia venit, * quia venit régere terram.

Reget orbem terrárum cum justitia * et pópulos cum æquitáte.

Glória Patri.

Vel Laudáte Dóminum omnes, p. 178; qui Ps. semper ad beneplacitum dici potest etiam in aliis solemnitatibus.*

IN EPIPHANIA

et per totam Octavam

℣. Reges Tharsis, et insulæ múnera ófferent,

allelúja. R. Reges Ara bum et Saba dona ad dúcēnt, allelúja. Glória Patri.

In fine dicitur :

℣. Omnes de Saba vénient, allelúja. R. Au rum et thus deferéntes, allelúja. Glória Patri.

PSALMUS 71

D Eus, judíciū tuum regi da, * et justítiā tuam fílio regis :

Gubérnet pópulum tuum cum justitia, * et húmiles tuos cum æquitáte.

Afferent montes pacem pópulo * et colles justitiā.

Tuébitur húmiles pó puli, salvos fáciet fílios páuperum, * et cóntere ret oppressórem. —

Et diu vivet ut sol, * et sicut luna in omnes generatiōnes.

Descéndet ut plúvia super gramen, * sicut imbres qui irrigant terram.

Florébit in diébus ejus justitia * et abundántia pacis, donec deficiat luna. —

Et dominábitur a mari usque ad mare, *

et a flúmine usque ad
térmilos terræ.

Coram illo pròcident
inimici ejus, * et adver-
sárii ejus púlverem lin-
gent.

Reges Tharsis et insu-
lárūm múnera óffer-
ent; * reges Arabum
et Saba dona addúcent:

Et adorábunt eum
omnes reges, * omnes
gentes sérvient ei. —

Etenim liberábit páu-
perem invocántem, * et
miserum, cui non est
adjútor.

Miserébitur inopis et
páuperis, * et vitam
páuperum salvábit:

Ab injúria et oppres-
sione liberábit eos, * et
pretiósus erit sanguis
córum coram illo. —

Ideo vivet et dabunt
ei de auro Arábiæ, * et
orábunt pro eo sem-
per : perpétuo benedí-
cent ei.

Erit abundántia fru-
mènti in terra; in sum-
mis móntium strepet,
ut Líbanus, fructus
ejus, * et florébunt in-
colæ úrbium ut grámi-
na terræ.

Erit nomen ejus be-
nédictum in sǽcula; *

dum lucébit sol, per-
manébit nomen ejus.

Et benedicéntur in
ipso omnes tribus ter-
ræ, * omnes gentes
beátum prædicábunt
eum. —

Benedictus Dómi-
nus, Deus Israël, * qui
facit mirabília solus.

Et benédictum no-
men ejus gloriósum in
sǽcula; * et repleátur
glória cjs omnis terra.
Fiat, fiat.

Glória Patri.

*Vel Ps. Laudáte Dó-
minum omnes, p. 178*.*

FERIA V IN CÆNA DOMINI

*Dicitur absolute et sine
nota :*

℣. Christus factus
est pro nobis obédiens
usque ad mortem.

*Deinde Pater noster to-
tum secreto. Quo dicto, sine
pronuntiatione aliqua Sa-
cerdos signo crucis benedi-
cit mensam : non dicitur
Jube, domne, nec Tu au-
tem, Dómine.*

*In fine repetitur: ℣. Chri-
stus factus est. ut supra.
Postea Psalmus Miserére,
p. 94*.*

Quo finito sine ℣. Glória Patri, dicitur Pater noster secreto.

Deinde Sacerdos dicit absolute Orationem.

Oratio

Respice, quæsumus
Dómine, super hanc
familiam tuam, pro qua
Dóminus noster Jesus
Christus non dubitávit
mánibus tradi nocén-
tium et crucis subíre
torméntum.

*Et non pronuntiatur
Qui tecum nec Fidélium
ánimæ, sed secreto dicitur
Pater noster, nec additur
Deus det nobis suam pa-
cem.*

IN PARASCEVE

*Eodem modo fit sicut in
Cœna Domini, sed additur
ad.*

℣. Christus factus
est etc. Mortem autem
crucis.

SABBATO SANCTO
*ad benedicendum mensam
dicitur :*

Benedicite. R. Bene-
dicte. ℣. Véspera au-
tem sábbati, quæ lucé-
scit in prima sábbati,
allelúja. R. Venit Ma-
ría Magdaléne, et áltera

Maria vidére sepúl-
crum, allelúja. Glória
Patri. Sicut erat.

In fine repetitur

℣. Véspera autem
sábbati, *cum* Glória Pa-
tri. Sicut erat. Ps. Lau-
dáte Dóminum, omnes,
p. 178* *cum* Glória Pa-
tri. Kýrie, éléison. et
alia ut supra.

IN DIE PASCHÆ

*In die Paschæ et dein-
ceps usque ad cœnam se-
quentis Sabbati exclusive
ad benedicendum mensam
dicitur :*

℣. Hæc dies, quam
fecit Dóminus, allelúja.
R. Exsultémus et læ-
témur in ea, allelúja.
Glória Patri.

*In fine repetitur Hæc
dies, *cum* Glória Patri.*

PSALMUS 117

Grátias ágite Dómi-
no, quia bonus
est; * quia in æténum
misericórdia ejus.

Dicat domus Israël : *
« In æténum miseri-
córdia ejus ».

Dicat domus Aaron : *
« In æténum miseri-
córdia ejus ».

Dicant qui timent Dóminum : * « In ætérnum misericórdia ejus ». —

De tribulatiōne invocávi Dóminum; * exaudívit me Dóminus et liberávit me.

Dóminus mecum est : non tímeo; * quid fáciat mihi homo?

Dóminus mecum est, adjútor meus, * et ego confúsos vidébo inimícos meos.

Mélius est confúgere ad Dóminum, * quam confidere in hómine.

Mélius est confúgere ad Dóminum, * quam confidere in princípiis. —

Omnes gentes circumvenérunt me : * in nómine Dómini contrívi eos.

Undique circumvenérunt me : * in nómine Dómini contrívi eos.

Circumvenérunt me sicut apes; adussérunt, sicut ignis spinas : * in nómine Dómini contrívi eos.

Pulsus, impúlsus sum, ut cáderem; * sed Dóminus adjúvit me.

Robur meum et fortitudo mea est Dóminus; * et factus est mihi salvátor. —

Vox exsultatiōnis et salútis * in tabernáculis justórum :

Déxtera Dómini fórtiter egit, déxtera Dómini eréxit me, * déxtera Dómini fórtiter egit.

Non móriar, sed vivam; * et enarrábo ópera Dómini.

Castigávit, castigávit me Dóminus, * sed morti non trádidit me. —

Aperite mihi portas justitiæ : * ingréssus per eas grátias agam Dómino.

Hæc est porta Dómini * justi intrábunt per eam.

Grátias agam tibi, quod audísti me, * et factus es mihi salvátor.

Lapis, quem reproba-vérunt ædificantes, * factus est caput án-guli.

A Dómino factum est istud; * est miráble in óculis nostris.

Hic est dies quem fecit Dóminus; * ex-

sultémus et lætémur de eo.

O Dómine, salvum fac; * o Dómine, da prosperitátem! —

Benedictus qui venit in nómíne Dómini ; benedícimus vobis e domo Dómini. * Deus est Dóminus, et illúxit nobis.

Ordináte pompam cum fróndibus densis * usque ad córnua altáris.

Deus meus es tu, et grátias ago tibi; * Deus meus, láudibus te extóllo.

Grátias ágite Dómino, quia bonus est; * in æténum misericórdia ejus.

IN ASCENSIONE DOMINI

usque ad Vigiliam Pentecostes, exclusive :

Ý. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúja.
Ry. Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

Glória Patri.

In fine dicitur :

Ý. Ascéndens Chri-
stus in altum, allelúja.

Ry. Captívam duxit ca-
ptivitátem, allelúja.

Glória Patri.

PSALMUS 46

O Mnes pópuli, pláu-
dite mánibus, * ex-
sultáte Deo voce læ-
títiæ,

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis, * rex magnus super om-
nem terram.

Súbjicit pópulos no-
bis * et natiónes pédi-
bus nostris.

Eligit nobis heredi-
tátem nostram, * gló-
riam Jacob, quem dili-
git. —

Ascéndit Deus cum
exsultatióne, * Dómi-
nus cum voce tubæ.

Psállite Deo, psálli-
te; * psállite regi no-
stro, psállite. —

Quóniam rex omnis
terræ est Deus, * psál-
lite hymnum.

Deus regnat super
natiónes, * Deus sedet
super sólium sanctum
suum.

Príncipes populó-
rum congregáti sunt *
cum pópulo Dei Abra-
ham.

Nam Dei sunt prôcessores terræ : * excélsus est valde.

Glória Patri.

Vel Ps. Laudáte Dóminum, et alia ut supra, p. 178.*

IN PENTECOSTE

A Vigilia ejusdem inclusive usque ad cœnam sequentis Sabbati exclusive :

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja. R. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja. Glória Patri.

In fine ℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúja. R. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Glória Patri.

PSALMUS 47

℟. Agnus Dóminus † et laudábilis valde, * in civitáte Dei nostri.

Mons sanctus ejus, collis præclárus, * gáudium est univérsæ terræ;

Mons Sion, áquilo extrémus, * cívitas est Regis magni.

Deus in árcibus ejus* sese probávit munímentum. —

Ecce enim reges congregáti sunt, * irruerunt simul.

Vixdum viderant, obstupuérunt, * turbáti sunt, diffugérunt.

Tremor invásit eos ibidem, * dolor velut parturiéntis,

Ut cum ventus Oriéntis * confringit naves Tharsis. —

Sicut audívimus, sic vidiimus, * in civitáte Dómini exercítuum,

In civitáte Dei nostri : * Deus confirmat eam in ætérnum.

Recólimus, Deus, misericordiam tuam * intra templum tuum.

Sicut nomen tuum, Deus, sic et laus tua * pertíngit ad fines terræ.

Justitia plena est déxtera tua : * lætétur mons Sion,

Exsultent civitátes Juda * propter judicia tua. —

Perlustráte Sion, et circuítate eam, * numeráte turres ejus.

Consideráte propugnácula ejus, * percúrrite arces ejus,

Ut enarrétis genera-tiōni futurāe : * tantus est Deus,

Deus noster in ætérnum et semper : * ipse nos ducet.

Glória Patri.

Vel Ps. Laudáte, et alia ut supra, p. 178.*

ITINERARIUM

Clericus in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat quæ sequuntur in singu-lari, si cum sociis, in plurali.

Ant. In viam pacis.

CANTICUM ZACHARIAE

Lucæ 1, 68-79

Benedictus Dóminus, Deus Israël, * quia visitávit et redémit pô-pulum suum,

Et eréxit cornu salútis nobis * in domo David servi sui,

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui olim fuérunt, prophetárum suórum :

Ut liberáret nos ab inimícis nostris, * et e manu ómnium qui odérunt nos,

Ut fáceret misericórdiam cum pátribus no-stris * et recordaréetur fóederis sui sancti :

Jurisjurándi, quod jurávit Abrahæ, patri

nostro, * datúrum se nobis,

Ut sine timóre, e manu inimicórum no-strorum liberáti, * ser-viámus illi

In sanctitáte et justi-tia coram ipso * ómni-bus diébus nostris. —

Et tu, puer, prophéta Altíssimi vocáberis : * præsbis enim ante fáciem Dómini ad parán-das vias ejus,

Ad dandam pôpulo ejus sciéntiam salútis * in remissióne peccató-rum eórum

Per viscera miseri-cordiæ Dei nostri, * qua visitábit nos Oriens ex alto,

Ut illúminet eos, qui in ténebris et in umbra mortis sedent, * ut di-rigat pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri, et Fílio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

Ant. In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens et misericors Dominus : et Angelus Raphaël comitetur nobiscum in via ut cum pace, salute, et gáudio revertámur ad propria.

Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison. Pater noster, se-creto. V. Et ne nos indúcas in tentaciónem. R. Sed libera nos a malo. V. Salvos fac servos tuos. R. Deus meus, sperantes in te. V. Mitte nobis, Domine, auxílium de sancto. R. Et de Sion tuére nos. V. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis. R. A fácie inimici. V. Nihil proficiat inimicus in nobis. R. Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis. V. Benedic tus Dominus die quotidie. R. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum. V. Vias tuas, Domine, demónstra

nobis. R. Et sémitas tuas édoce nos. V. Utinam dirigántur viæ nostræ. R. Ad custodiéndas justificatiónes tuas. V. Erunt prava in dirécta. R. Et áspéra in vias planas. V. Angelis suis Deus mandávit de te. R. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis. V. Domine, exáudi oratióne meam. R. Et clamor meus ad te véniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio*

Deus, qui filios Israël per maris médium sicco vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce, pandisti : tribue nobis, quæsumus, iter prósperum, tempúsque tranquillum: ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum, quo pérgimus, locum, ac demum ad ætérnæ salutis portum pervenire feliciter valéamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum, de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ

peregrinatiōnis vias il-læsum custodisti: quæsumus: ut nos fāmulos tuos custodi redignēris: esto nobis Dómine, in procinctu suffrāgium, in via solātium, in æstu umbrāculum, in plūvia et frigore tegumēntum, in lassitūdine vehicu-lum, in adversitatē præ-sidium, in lúbrico bácu-lus, in naufrágio por-tus: ut, te duce, quo-tendimus, pròspere per-veniámus, et demum incólumes ad própria redeámus.

Adésto, quæsumus Dómine, supplica-tiōibus nostris, et

viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitatē dispónē: ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietatēs, tuo semper protegá-mur auxilio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut família tua per viam salútis incédat, et beáti Joánnis Præcursóris horlamēnta sectánto, ad eum, quem prædi-xit, secúra perveniat, Dóminum nostrum Je-sum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit.

V. Procedámus in pace. **R.** In nōmine Dómini. Amen.



PRECES MATUTINÆ

In nōmine Patris  et Fili et Sp̄iritus Sancti. Amen.

Fidelibus, quoties Crucis forma cum Ssmæ Trinitatis invocatione : *In Nōmine Patris*, etc., devote se signaverint, conceditur :

Indulgētia centum dierum.

Quoties vero idem cum aqua benedicta peregerint, conceditur :

Indulgētia trecentorum dierum (Breve 28 Jul. 1863 et 23 Mart. 1866; S. Pæn. Ap. 10 Febr. 1935).

Prex jaculatoria

Regi sæculórum immortáli et invisibili, soli Deo honor et glória in sæcula sæculórum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Indulgētia quingentorum dierum.

Indulgētia plenaria sujetis conditionibus, dummodo quotidie, per integrum mensem, jaculatoria prex devote recitata fuerit (S. Pæn. Ap., 7. Jun. 1921 et 9 Dec. 1932).

Trisagium Angelicum

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth : pleni sunt cæli et terra glória tua (ex *Missali Rom.*).

Indulgētia trecentorum dierum (S. C. Ind., 6 Jun. 1769 et 26 Jun. 1770; S. Pæn. Ap., 23 Mart. 1936).

Oratio ad SS. Trinitatem

a) O sanctissima Trinitas, adóro te habitantem per grátiam tuam in áнима mea.

b) O sanctissima Trinitas, hábitans per grátiam tuam in áнима mea, fac ut magis ac magis amem te.

c) O sanctissima Trinitas, hábitans per grátiam tuam in áнима mea, magis magisque sanctifica me.

d) Mane mecum, Dómine, sis verum meum gáudium.

Indulgéntia trecentorum dierum pro singularis jaculatoriis precibus etiam separatis (S. Pæn. Ap., 26 Apr. 1921 et 23 Oct. 1928).

Formula oblationis quotidianæ ad S. Cor Jesu

Domine Iesu Christe, in unione illius divinæ intentionis, quia ipse in terris per sanctissimum Cor tuum laudes Deo persolvisti, et nunc continenter in Eucharistiae sacramento ubique terrarum persolvis usque ad consummationem sæculi, ego per hanc diem integrum, nulla nec minima quidem parte excepta, ad imitationem sacratissimi, .: Cordis beatæ Mariæ semper Virginis Immaculatae, tibi libentissime offero omnes meas intentiones et cogitationes, omnes meos affectus et desideria, omnia mea opera et verba.

Indulgéntia trium annorum semel in die.
Indulgéntia plenaria suetis conditionibus, dummodo per integrum mensem quotidie oblationis actus devote recitatus fuerit (S. C. Indulg., 19 Dec. 1885; S. Pæn. Ap., 10 Mart. 1933).

Oratio S. Aloysii Gonzagæ ad B. V. Mariam

O Domina mea sancta Maria, in tuam benedictam fidem ac singulararem custodiā, et in sinum misericordiæ, hodie et quotidie, et in hora exitus mei animam meam et corpus meum tibi commendo: omnem spem meam et consolationem meam, omnes angustias et miseras meas, vitam et finem vitae meae tibi committo, ut per tuam sanctissimam intercessionem, et per tua merita, omnia mea dirigantur et disponantur opera secundum tuam tuisque Filii voluntatem. Amen.

Indulgéntia trium annorum.

Indulgentia plenaria
suetis conditionibus, quotidianâ orationis recitatio-
ne in integrum mensem
producta (S. C. Indulg.,
15 Mart. 1890; S. Pæn.
Ap., 28 Mart. 1933).

Oratio ad B. M. V.

O Dómina mea! O
Mater mea; Tibi me
totum óffero, atque ut
me tibi probem devó-
tum, cónsecro tibi hó-
die óculos meos, aures
meas, os meum, cor
meum, plane me to-
tum. Quóniam itaque

tuus sum, o bona Ma-
ter, serva me, defénde
me ut rem ac posses-
siónem tuam.

*Indulgentia quingento-
rum diernm.*

Indulgentia plenaria
suetis conditionibus, dum-
modo oblationis actus
quotidie per integrum
mensem pie iteratus fuerit
(S. C. Indulg., 5 Aug.
1851; S. Pæn. Ap., 21
Nov. 1936).

Oratio ad S. Joseph

Vírginum custos, *ut
supra, p. 160**.

PRECES

(*Ex Breviario ad Laudes et Vespertas*)

KYrie, éléison. Chri-
ste, éléison. Kýrie,
éléison.

Pater noster, *quod dici-
tur a solo Hebdomadario
totum clara voce, usque ad*

Ý. Et ne nos indúcas
in tentatióñem. Rý. Sed
libera nos a malo.

Ý. Ego dixi : Dómi-
ne, miserére mei. Rý. Sa-
na ánimam meam, quia
peccávi tibi.

Ý. Convrétere, Dó-
mine, úsquequo? Rý. Et
deprecábilis esto super
servos tuos.

Ý. Fiat misericór-
dia tua, Dómine, super
nos. Rý. Quemád-
modum sperávimus
in te.

Ý. Sacerdótes tui
induántur justítiam.
Rý. Et sancti tui exsúl-
tent.

Ý. Orémus pro bea-
tíssimo Papa nostro N.
Rý. Dóminus consérvet
eum, et vivíficet eum,
et beátum fáciat eum
in terra, et non tradat
eum in ánimam inimi-
córum ejus.

¶. Orémus et pro Antístite nostro N. R. Stet et pascat in fortitúdine tua, Dómine, in sublimitáte nómínis tui.

¶. Dómine, salvum fac regem. R. Et exaudi nos in die, qua invocavérimus te.

¶. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ. R. Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.

¶. Meménto Congregationis tuæ. R. Quam possedísti ab initio.

¶. Fiat pax in virtute tua. R. Et abundántia in túrribus tuis.

¶. Orémus pro benefactóribus nostris. R. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. Amen.

¶. Orémus pro fidélibus defúnctis. R. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

¶. Requiéscant in pace. R. Amen.

¶. Pro frátribus nostris abséntibus. R. Salvos fac servos

tuos, Deus meus, sperántes in te.

¶. Pro afflictis et captívis. R. Líbera eos, Deus Israël, ex ómnibus tribulatióibus suis.

¶. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto. R. Et de Sion tuére eos.

¶. Dómine, Deus virtútum, convérte nos. R. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

¶. Exsúrge, Christe, áduja nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.

¶. Dómine, exaudi oratióne meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

(Ex *Breviario ad Primam*)

¶. Dóminus vobís-cum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio*
Dómine Deus omni-potens, qui ad principium hujus diéi nos pervenire fecisti : tua nos hódie salva virtute; ut in hac die ad nullum declinémus pecátum, sed semper ad tuam justítiam facié-

dam nostra procédant
elóquia, dirigántur co-
gitatiónes et ópera. Per
Dóminum. R̄. Amen.

¶. Dóminus vobís-
cum. R̄. Et cum spíritu
tuo.

¶. Benedicámus Dó-
mino. R̄. Deo grátias.

*Deinde in Choro legitur
Martyrologium, quod lau-
dabiliter fit etiam extra
Chorum.*

*Postea Hebdomadarius
dicit :*

¶. Pretiósia in con-
spéctu Dómini. R̄. Mors
Sanctórum ejus.

*Et absolute, sine Oré-
mus :*

Oratio

Sancta María, et om-
nes Sancti intercé-
dant pro nobis ad Dó-
minum, ut nos mereá-
mur ab eo adjuvári et
salvári, qui vivit et
regnat in sácula sæ-
culórum. R̄. Amen.

¶. Deus, in adjutó-
rium meum inténde.
R̄. Dómine, ad adju-
vandum me festína. *Et
dicitur ter; ultimo addi-
tur :* Glória Patri, et
Fílio, et Spirítui San-
cto. Sicut erat in prin-
cipio, et nunc, et sem-

per, et in sácula sæcu-
lórum. Amen.

Kýrie, eléison. Chri-
ste, eléison. Kýrie, eléi-
son.

Pater noster *secreto
usque ad ¶.* Et ne nos
indúcas in tentatióne.
R̄. Sed líbera nos a
malo.

¶. Réspice in servos
tuos, Dómine, et in
ópera tua, et dirige fi-
lios eórum. R̄. Et sit
splendor Dómini Dei
nostri super nos, et
ópera mánuum nostrá-
rum dirige super nos,
et opus mánuum no-
strárum dirige.

¶. Glória Patri, et
Fílio, et Spirítui San-
cto. R̄. Sicut erat in
principio, et nunc, et
semper, et in sácula
sæculórum. Amen.

Orémus. Oratio

Dirígere et sanctifi-
cáre, régere et gu-
bernáre dignáre, Dó-
mine Deus, Rex cæli et
terræ, hodie corda et
córpora nostra, sensus,
sermónes et actus no-
stros in lege tua, et in
opéribus mandatórum
tuórum : ut hic, et in

ætérnum, te auxiliánte, salvi et liberi esse mereámur, Salvátor mundi : Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R^y. Amen.

V. Jube, domne, benedícere.

Bened. Dies et actus nostros in sua pace dis- pónat Dóminus omni- potens. R^y. Amen.

LECTIO BREVIS

2 Thess., 3, 5

Dóminus autem dítri- gat corda et córpo- ra nostra in caritáte

Dei, et patiéntia Chri- sti. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R^y. Deo grátias.

V. Adjutórium no- strum in nómine Dómi- ni. R^y. Qui fecit cælum et terram.

V. Benedícite.

R^y. Deus.

Bened. Dóminus nos benedicat, et ab omni malo deféndat, et ad vitam perdúcat ætér- nam. Et fidélium áni- mæ per misericórdiam Dei requiéscant in pa- ce. R^y. Amen.

PRECES VESPERTINÆ

Oratio

O Mnípotens et misé- ricors Deus, qui hu- máno géneri et salútis remédia et vitæ ætér- næ múnera contulísti : réspice propítius nos fámulos tuos et áimas réfove, quas creásti, ut in hora éxitus eárum absque peccáti mácula tibi Creatóri suo per-

manus sanctórum An- gelórum repræsentári mereámur. Per Chri- stum Dóminum no- strum. Amen. (ex Mis- sali Rom.)

Indulgentia trium anno- rum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio devote re- citata fuerit (S. Pæn. Ap., 9 Sept. 1935).

Oratio ad B. M. V. Immaculatam

Immaculata Mater Dei, Regina cælorum, Mater misericordiæ, advocata et refugium peccatorum, ecce ego illuminatus et incitatus gratiis, a te materna benevolentia large mihi impetratis ex thesauro divino, statuo nunc et semper dare in manus tuas cor meum Jesu consecrandum.

Tibi igitur, beatissima Virgo, coram novem chorus Angelorum cunctisque Sanctis illud trado, Tu autem,

meo nomine, Jesu id consecra; et ex fiducia filiali, quam profiteor, certum mihi est te nunc et semper quantum poteris esse facturam, ut cor meum jùgiter totum sit Jesu, imitans perfectissime Sanctos, praesertim sanctum Joseph, Sponsum tuum purissimum. Amen. (Ven. Vincentius Pallotti.)

Indulgencia trium annorum.

Indulgencia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio devote recitata fuerit (S. Pæn. Ap., 27 Julii 1920 et 12 Sept. 1936).

PRECES

(*Ex Breviario ad Completorium*)

Kyrie, élison. Christe, élison. Kyrie, élison.

Pater noster *secreto usque ad* **Y.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos a malo.

Credo in Deum *secreto usque ad* **Y.** Carnis resurrectiōnem. **R.** Vitam æternam. Amen.

Y. Benedictus es, Dómine, Deus patrum nostrorum. **R.** Et laudabilis et gloriósus in sæcula.

Y. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu. **R.** Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

Y. Benedictus es, Dómine, in firmamento

cæli. R̄. Et laudabilis,
et gloriósus, et super-
exaltátus in sæcula.

V. Benedícat et cu-
stódiat nos omnípotens
et misericors Dóminus.
R̄. Amen.

V. Dignáre, Dómine,
nocte ista. R̄. Sine pec-
cáto nos custodíre.

V. Miserére nostri,
Dómine. R̄. Miserére
nostri.

V. Fiat misericórdia
tua, Dómine, super nos.
R̄. Quemádmodum
sperávimus in te.

V. Dómine, exáudi
oratióne meam. R̄. Et
clamor meus ad te vé-
niat.

V. Dóminus vobís-
cum. R̄. Et cum spíritu
tuo.

Orémus. *Oratio*
V Isita quæsumus,
Dómine, habitatió-
nem istam, et omnes
insídias inimíci ab ea
longe repélle : Angeli
tui sancti hábitent in
ea, qui nos in pace cu-
stódiant; et benedictio
tua sit super nos sem-
per. Per Dóminum no-
strum. R̄. Amen.

Post Orationem additur

V. Dóminus vobís-
cum. R̄. Et cum spíritu
tuo.

V. Benedicámus Dó-
mino. R̄. Deo grátias.

Bened. Benedícat et
custódiat nos omnípo-
tens et misericors Dó-
minus, Pater, et Filius,
et Spíritus Sanctus.

R̄. Amen.

SELECTÆ PRECES

PRO OPPORTUNITATE DICENDÆ

Litaniæ Sancto-
rum, *ut supra, p. 161**.

Litaniæ de Ssmo
Nomine Jesu

KYrie, éléison.

K Christe, éléison.

Kyrie, éléison.

Jesu, audi nos.
Jesu, exáudi nos.
Pater de cælis, Deus,
miserére nobis.
Fili, Redémptor mundi,
Deus, miserére.
Spíritus Sancte Deus,
miserére.

Sancta Trinitas, unus Deus, miserere nobis.	Jesu, auctor vitae, miserere nobis.
Jesu, Fili Dei vivi, miserere.	Jesu, exemplar virtutum, miserere.
Jesu, splendor Patris, miserere.	Jesu, zelator animorum, miserere.
Jesu, candor lucis æternæ, miserere.	Jesu, Deus noster, miserere.
Jesu, rex gloriae, miserere.	Jesu, refugium nostrum, miserere.
Jesu, sol justitiae, miserere.	Jesu, pater páuperum, miserere.
Jesu, Fili Mariæ Virginis, miserere.	Jesu, thesáure fidélium, miserere.
Jesu amabilis, miserere.	Jesu, bone pastor, miserere.
Jesu admirabilis, miserere.	Jesu, lux vera, miserere.
Jesu, Deus fortis, miserere.	Jesu, sapiéntia æterna, miserere.
Jesu, pater futuri saeculi, miserere.	Jesu, bónitas infinita, miserere.
Jesu, magni consilii ángele, miserere.	Jesu, via et vita nostra, miserere.
Jesu potentissime, miserere.	Jesu, gáudium Angelorum, miserere.
Jesu patientissime, miserere.	Jesu, rex Patriarcharum, miserere.
Jesu obedientissime, miserere.	Jesu, magíster Apostolorum, miserere.
Jesu, mitis et húmilis corde, miserere.	Jesu, doctor Evangelistarum, miserere.
Jesu, amátor castitatis, miserere.	Jesu, fortitudo Mártirum, miserere.
Jesu, amátor noster, miserere.	Jesu, lumen Confessorum, miserere.
Jesu, Deus pacis, miserere.	Jesu, púritas Vírginum, miserere.

Jesu, coróna Sanctórum ómnium, miseré nobis.	Per resurrectiōnem tuam, libera nos, Jesu.
Propítius esto, parce nobis, Jesu.	Per ascensiōnem tuam, libera.
Propítius esto, exáudi nos, Jesu.	Per sanctissimæ Eucharistiæ institutiōnem tuam, libera.
Ab omni malo, libera nos, Jesu.	Per gáudia tua, libera.
Ab omni peccáto, libera.	Per glóriam tuam, libera.
Ab ira tua, libera.	Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Jesu.
Ab insídiis diáboli, libera.	Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Jesu.
A spíritu fornicatiōnis, libera.	Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, mi-seré nobis, Jesu.
A morte perpétua, libera.	Jesu, audi nos.
A negléctu inspiratiōnum tuárum, libera.	Jesu, exáudi nos.
Per mystérium sanctæ incarnatiōnis tuæ, libera.	Orémus. <i>Oratio</i>
Per nativitatēm tuam, libera.	D <small>omine</small> Jesu Christe, qui dixisti: Pétite, et accipiétis; quærите, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis: quæsumus, da nobis peténtibus divinissimi tui amóris afféctum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus, et a tua numquam laude cessémus.
Per infántiam tuam, libera.	
Per divinissimam vitam tuam, libera.	
Per labóres tuos, libera.	
Per agóniam et passiónen tuam, libera.	
Per crucem et derelictiōnem tuam, libera.	
Per languóres tuos, libera.	
Per mortem et sepultúram tuam, libera.	S <small>ancti</small> Nóm̄inis tui, D <small>omine</small> , timórem páriter et amórem fac

nos habére perpétuum :
quia numquam tua gu-
bernatióne destítuis,
quos in soliditáte tuæ
dilectionis instituis :
Qui vivis et regnas in
sæcula sæculórum.

R. Amen.

*Indulgéntia septem an-
norum.*

Indulgéntia plenaria
suetis conditionibus, si
quotidie per integrum
mensem litaniæ cum ora-
tione devote recitatæ fue-
rint (S. C. Indulg., 16 Jan.
1886; S. Pæn. Ap., 2 Jan.
1933).

Litaniæ de Sacra- tissimo Corde Jesu

K Yrie, éléison.

K Christe, éléison.

K yrie éléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,
miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi,
Deus, miserére.

Spíritus Sancte, Deus,
miserére.

Sancta Trinitas, unus
Deus, miserére.

Cor Jesu, Fili Patris
ætérsi, miserére.

Cor Jesu, in sinu Vírgi-
nis Matris a Spíritu

Sancto formátum,
miserére nobis.

Cor Jesu, Verbo Dei
substantiáliter uni-
tum, miserére.

Cor Jesu, majestatis
infinitæ, miserére.

Cor Jesu, templum Dei
sanctum, miserére.

Cor Jesu, tabernáculum
Altissimi, miserére.

Cor Jesu, domus Dei et
porta cæli, miserére.

Cor Jesu, fornax ardens
caritatis, miserére.

Cor Jesu, justitiæ et
amoris receptácu-
lum, miserére.

Cor Jesu, bonitáte et
amore plenum,
miserére.

Cor Jesu, virtútum óm-
nium abýssus,
miserére.

Cor Jesu, omni laude
digníssimum,
miserére.

Cor Jesu, rex et cen-
trum ómnium cór-
diū, miserére.

Cor Jesu, in quo sunt
omnes thesáuri sa-
piéntiæ et sciéntiæ,
miserére.

Cor Jesu, in quo hábitat
omnis plenitúdo di-
vinitatis, miserére
nobis.

Cor Jesu, in quo Pater
sibi bene complácuit,
miserére nobis.

Cor Jesu, de cujus plen-
nitúdine omnes nos
accépimus, miserére.

Cor Jesu, desidérium
cóllium æternórum,
miserére.

Cor Jesu, pátiens et
multæ misericórdiæ,
miserére.

Cor Jesu, dives in om-
nes qui ínvocant te,
miserére.

Cor Jesu, fons vitæ et
sanctitatis, miserére.

Cor Jesu, propitiatio
pro peccátis nostris,
miserére.

Cor Jesu, saturátum
oppróbriis, miserére.

Cor Jesu, attrítum pro-
pter scélera nostra,
miserére.

Cor Jesu, usque ad
mortem obédiens fa-
ctum, miserére.

Cor Jesu, láncea perfo-
rátum, miserére.

Cor Jesu, fons totius
consolatiónis,
miserére.

Cor Jesu, vita et resurré-
ctio nostra, miserére.

Cor Jesu, pax et recon-
ciliatio nostra,
miserére.

Cor Jesu, vñctima pec-
catórum, miserére
nobis.

Cor Jesu, salus in te
sperántium,
miserére.

Cor Jesu, spes in te mo-
riéntium, miserére.

Cor Jesu, delíciae San-
ctórum ómnium,
miserére.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, par-
ce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, ex-
audi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, mi-
serére nobis.

Y. Jesu, mitis et hú-
milis Corde. R. Fac cor
nostrum secúndum Cor
tuum.

Orémus. *Oratio*

O Mnípotens sempí-
tére Deus, résponce
in Cor dilectíssimi Fílli
tui, et in laudes et sa-
tisfactiōnes, quas in nó-
mine peccatórum tibi
persólvit, iisque mis-
ericórdiam tuam petén-
tibus tu véniam concé-
de placátus, in nómine
ejúsdem Fílli tui Jesu
Christi : Qui tecum vi-

vit et regnat in unitáte
Spíritus Sancti Deus,
per ómnia sácula sæ-
culórum. R. Amen.

*Indulgéntia septem an-
norum.*

Indulgéntia plenaria
suetis conditionibus, dum-
modo quotidie per inte-
grum mensem litaniæ
cum versiculo et oratione
pia mente repetitæ fuerint
(S. Rituum C., exhib. doc.
2 Apr. 1899; S. Pæn. Ap.,
10 Mart. 1933).

Litaniæ Lauretanæ B. Mariæ Virginis

Kýrie, éléison.

K Christe, éléison.

Kýrie, éléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,
miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi,
Deus, miserére.

Spíritus Sancte, Deus,
miserére.

Sancta Trinitas, unus
Deus, miserére.

Sancta María, ora pro
nobis.

Sancta Dei Génitrix,
ora.

Sancta Virgo vírgi-
num, ora.

Mater Christi, ora.

Mater divinæ grátiæ,
ora pro nobis.

Mater puríssima, ora.

Mater castíssima, ora.

Mater invioláta, ora.

Mater intemeráta, ora.

Mater amábilis, ora.

Mater admirábilis, ora.

Mater boni Consilii, ora.

Mater Creatóris, ora.

Mater Salvatóris, ora.

Virgo prudentíssima,
ora.

Virgo veneránda, ora.

Virgo prædicánda, ora.

Virgo potens, ora.

Virgo clemens, ora.

Virgo fidélis, ora.

Spéculum justitiæ, ora.

Sedes sapiéntiæ, ora.

Causa nostræ lætitiæ,
ora.

Vas spirituálē, ora.

Vas honorábile, ora.

Vas insigne devotio-
nis, ora.

Rosa mýstica, ora.

Turris Davídica, ora.

Turris ebúrnea, ora.

Domus áurea, ora.

Fœderis arca, ora.

Jánuia cæli, ora.

Stella matutína, ora.

Salus infirmórum, ora.

Refúgium peccatórum,
ora.

Consolátrix afflictó-
rum, ora.

Auxílium Christianórum, ora pro nobis.

Regína Angelórum, ora.

Regína Patriarchárum,
ora.

Regína Prophetárum,
ora.

Regína Apostolórum,
ora.

Regína Mártirum, ora.

Regína Confessórum,
ora.

Regína Vírginum, ora.

Regína Sanctórum ómnium,
ora.

Regína sine labe origi-
náli concépta, ora,

Regína sacratíssimi
Rosárii, ora.

Regína pacis, ora.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, par-
ce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, ex-
áudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, mi-
serére nobis.

V. Ora pro nobis,
sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur
promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio*

C'Oncéde nos fámulos
tuos, quásumus,
Dómine Deus, perpétua

mentis et córporis sa-
nitáte gaudére; et, glo-
riosa beátæ Mariæ sem-
per Vírginis interces-
síone, a præsénti libe-
rári tristítia, et ætér-
na pérfrui lætitia. Per
Christum Dóminum
nostrum. R. Amen.

Indulgéntia septem an-
norum.

Indulgéntia plenaria
suetis conditionibus, si
quotidie per integrum
mensem litaniæ cum ver-
siculo et oratione devote
repetitæ fuerint (S. C.
Indulg., 30 Sept. 1817;
S. Pæn. Ap., 28 Mart.
1933).

Litaniæ de S. Joseph

Kýrie, éléison.

K Christe, éléison.

Kýrie, éléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,
miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi,
Deus, miserére.

Spíritus Sancte, Deus,
miserére.

Sancta Trinitas, unus
Deus, miserére.

Sancta María, ora pro
nobis.

Sancte Joseph, ora pro nobis.
 Proles David inclyta, ora.
 Lumen Patriarcharum, ora.
 Dei Genitricis sponse, ora.
 Custos pudice Virginis, ora.
 Filii Dei nutrice, ora.
 Christi defensor sedule, ora.
 Almæ Familiæ præses, ora.
 Joseph justissime, ora.
 Joseph castissime, ora.
 Joseph prudentissime, ora.
 Joseph fortissime, ora.
 Joseph obedientissime, ora.
 Joseph fidelissime, ora.
 Speculum patientiae, ora.
 Amator paupertatis, ora.
 Exemplar opificum, ora.
 Domesticæ vitae decus, ora.
 Custos virginum, ora.
 Familiarum columen, ora.
 Solarium miserorum, ora.
 Spes ægrotantium, ora.
 Patronæ morientium, ora.

Terror dæmonum, ora pro nobis.
 Protector sanctæ Ecclesiæ, ora.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
 ¶. Constituit eum dominum domus suæ.
 Ry. Et principem omnis possessiōnis suæ.
 Orémus. *Oratio*
 Deus, qui ineffabiliter providentia beatum Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ sponsum eligere dignatus es : præsta, quæsumus; ut, quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cælis : Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.
 Ry. Amen.
Indulgentia quinque annorum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si per integrum mensem quotidie litaniæ cum versiculis et oratione de-

vote repetitæ fuerint
(S. Rituum C., 18 Mart.
1909, exhib. doc., 19 Mart.
1909; S. Pæn. Ap.,
21 Mart. 1935).

Oratio S. Augustini

edita jussu

Urbani Papæ VIII.

ANte oculos tuos, Dómine, culpas nostras férimus, et plagas, quas accépimus, conférimus.

Si pensámus malum quod fécimus, minus est quod pátimur, magis est quod merémur.

Grávius est quod commisimus, lévius est quod tolerámus.

Peccáti pœnam sentimus, et peccádi pertináciam non vitámus.

In flagéllis tuis infírmitas nostra téritur, et iniúquitas non mutátur.

Mens ægra torquéatur, et cervix non fléctitur.

Vita in dolóre suspirat, et in ópere non se eméndat.

Si expéctas, non corrígimur; si víndicas, non durámus.

Confitémur in corre-

ctione, quod égimus; oblivíscimur post visitatióne, quod flévimus.

Si exténderis manum, faciénda promítimus; si suspénderis gládium, promissa non sólvimus.

Si férias, clamámus ut parcas; si pepérce-ris, íterum provocámus ut férias.

Habes, Dómine, con-fiténtes reos: nótivimus quod, nisi dimittas, recte nos périmas.

Præsta, Pater omní-potens, sine mérito, quod rogámus, qui fecisti ex nihilo, qui te rogárent. Per Christum Dóminum nostrum.

Ry. Amen.

¶. Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis. Ry. Neque secúndum iniúquítates nostras retríbuas nobis.

Orémus. *Oratio*

Deus, qui culpa offéndis, pœniténtia placáris: preces pôpuli tui supplicántis propitius résponce; et flagélatae iracúndiæ, quæ pro-

peccátis nostris merémur, avérte. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Oratio Clementis Papæ XI

Credo, Dómine, sed credam firmius; spero, Dómine, sed sperem secúrius; amo, Dómine, sed amem ardéntius; dóleo, Dómine, sed dóleam veheméntius.

Adóro te ut primum principiū, desídero ut finem últimum, laudo ut benefactórem perpétuum, invoco ut defensórem propítium.

Tua me sapiéntia dirige, justitia cóntine, cleméntia soláre, poténtia prótege.

Offero tibi, Deus, cogitánda, ut sint ad te; dicénda, ut sint de te; faciénda, ut sint secún-dum te; ferénda, ut sint propter te.

Volo, quod vis; volo, quia vis; volo, quómodo vis; volo, quám-diū vis.

Oro, Dómine, intel-léctum illúmines, vo-

luntátem inflámmes, corpus emúndes, ániam sanctífices.

Défleam prætéritas iniquítates, repéllam futúras tentatiónes, córrigam vitiósas propensiōnes, excolam idóneas virtútes.

Tríbue mihi, bone Deus, amórem tui, ódium mei, zelum próximi, contémptum mundi.

Stúdeam superióribus odedíre, inferióribus subveníre, amícis consúlere, inimícis párcere.

Vincam voluptátem austeritáte, avarítiam largitáte, iracúndiam lenitáte, tepiditátem pietáte.

Redde me prudéntem in consíliis, constántem in periculis, patiéntem in advérsis, húmilem in prósperis.

Fac, Dómine, ut sim in oratióne atténtus, in épulis sóbrius, in múnere sédulus, in propó-sito firmus.

Curem habére inno-céntiam interiórem, modéstiam exteriórem, conversatióнем exem-

plárem, vitam regulárem.

Natúræ invigilem domándæ, gratiæ fovéndæ, legi servándæ, salúti promeréndæ.

Discam a te, quam ténue, quod terrénum; quam grande, quod divínum; quam breve, quod temporáneum; quam durábile, quod æténum.

Da, mortem prævéniam, judícium pertímeam, inférnum effúgiam, paradísum obtíneam. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Piæ petitiones S. Augustini

Domine Jesu, nōverim me, nōverim te,
Nec áliquid cúpiam nisi te.

Oderim me et amem te.
Omnia agam propter te.

Humíliem me, exáltem te.

Nihil cōgitem nisi te.
Mortifícem me et vivam in te.

Quæcúmque événiant accipiam a te.

Pérsequar me, sequar te.

Sempérque optem sequi te.

Fúgiām me, confúgiām ad te,

Ut mérear deféndi a te.

Tímeam mihi, tímeam te,

Ut sim inter éléctos a te.

Diffidam mihi, fidam in te.

Obedíre velim propter te.

Ad nihil affíciar nisi ad te,

Et pauper sim propter te.

Aspice me, ut díligam te.

Voca me, ut vídeam te.
Et in æténum fruar te.

Amen.

Indulgéntia quingento-rum dierum.

Indulgéntia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem invocationes devote reiteratæ fuerint (Breve 25 Septembr. 1883; S. Pæn. Ap., 17 Decembris 1932).

Oratio S. Thomæ Aquinatis

AD VITAM
SANCTE AGENDAM

Concéde mihi, misericors Deus, quæ tibi sunt plácita, ardénter concupiscere, prudenter investigare, veráctiter agnoscere et perfécte adimplére ad laudem et glóriam nóminalis tui.

Ordina, Deus meus, statum meum et, quod a me requíris, ut fáciám, trábue, ut sciam, et da éxsequi, sicut opórtet et expedit ánimæ meæ.

Da mihi, Dómine, Deus meus, inter próspera et advérsa non deficere, ut in illis non extóllar et in istis non déprimar. De nullo gáudeam vel dôleam, nisi quod ducat ad te vel abdúcat a te. Nulli placére áppetam vel displicére tímeam nisi tibi.

Viléscant mihi, Dómine, ómnia transitória et cara sint mihi ómnia ætérrna. Tædeat me

gáudii, quod est sine te, nec áliud cúpiam, quod est extra te. Deléctet me, Dómine, labor, qui est pro te, et tædiósa sit mihi omnis quies, quæ est sine te.

Da mihi, Deus meus, cor meum ad te dirige-re, et in defectióne mea cum emendationis propó sito constánter dolére.

Fac me, Dómine, Deus meus, obediéntem sine contradiccióne, páuperem sine dejectióne, castum sine corruptióne, patiéntem sine murmuratio-ne, húmilem sine fictióne, hilarem sine dissolutio-ne, matúrum sine grávédine, ágilem sine levitáte, timéntem te sine desperatio-ne, verácem sine duplicitáte, operántem bona sine præsumptióne, próxi-mum corripere sine elatióne, ipsum ædificare verbo et exémplo sine simulatio-ne.

Da mihi, Dómine Deus, cor pérvigil, quod nulla abdúcat a te curiosa cogitatio; da nóbile, quod nulla deór-

sum trahat indigna affectio; da rectum, quod nulla seorsum oblique sinistra intentio; da firmum, quod nulla frangat tribulatio; da liberum, quod nulla sibi vindicet violenta affectio.

Largire mihi, Domine, Deus meus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te querentem, sapientiam te inventem, conversationem tibi placentem, perseverantiam fidenter te exspectantem et fiduciam te finaliter amplectentem.

Da tuis poenis hic affligi per penitentiam, tuis beneficiis in via uti per gratiam, tuis gaudiis in patria perfeci per gloriam: Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum.

Indulgientia trium annorum semel in die.

Indulgientia plenaria sustentis conditionibus, dummodo quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 17 Jan. 1888; S. Pæn. Ap., 31 Jul. 1936).

Oratio post Orationem mentalem

O Jesu, vivens in Maria, veni et vive in famulis tuis, in Spiritu sanctitatis tuae, in plenitudine virtutis tuae, in perfectione viarum tuarum, in veritate virtutum tuarum, in communione mysteriorum tuorum, dominare omni adversae protestationi in Spiritu tuo ad gloriam Patris. Amen.

Indulg. 300 dierum (Pius IX, 14 Octobris 1859).

Consecratio studiorum in honorem Immaculatae Conceptionis B. M. V.

SUB patrocínio tuo, Mater dilectissima, et invocato Immaculatae Conceptionis tuae mistério, stúdia mea laborésque litterários prosequi volo: quibus me protéstor, hunc máxime ob finem incúmbere, ut mélius divino honori tuóque cultui propagando insérviam.

Oro te igitur, Mater amantissima, sedes sapientiae, ut labóribus meis benigne fáveas; ego vero, quod justum est, pie libentérque promitto, quidquid boni mihi inde succésserit, id me tuæ apud Deum intercessióni, totum accéptum relatúrum. Amen.

Indulg. 300 dierum semel in die pro omnibus juvenibus litteris incumbentibus (Leo XIII, 18 Nov. 1882; S. Pæn. Ap., 5 Aug. 1932).

Oratio pro conver- sione infidelium

ATérne rerum ómnium effector Deus, in meménto abs te áimas infidélum procreátas, eásque ad imáginem et similitúdinem tuam cónditas. Ecce, Dómine, in oppróbrium tuum his ipsis inférnus implétur. Meménto Jesum Fílium tuum pro illórum salúte atrocíssimam subiisse necem. Noli, quæso, Dómine, ultra permíttere, ut Fílius tuus ab infidélibus contemnátur: sed précibus sanctórum vivó-

rum et Ecclésiæ sanctissimi Fílii tui sponsæ placátus, recordáre misericórdiæ tuæ, et oblítus idololatriæ et infidelitatis eórum, éfice, ut ipsi quicque agnóscant aliquándo, quem misisti Dóminum Jesum Christum, qui est salus, vita et resurrecció nostra, per quem salváti et liberáti sumus, cui sit glória per infinita sácula sæculórum. Amen.

*Indulgentia quingento-
rum dierum.*

Indulgentia plenaria sue-
tis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio devo-
te recitata fuerit (Pius IX,
Rescr. *Manu Propr.*,
24 Maii 1847, exhib.
30 Sept. 1862; S. Pæn.
Ap., 6 Dec. 1918 et 23 Oct.
1935).

Actus reparationis pro blasphemis

Benedictus Deus.
Benedictum nomen sanctum ejus.

Benedictus Jesus
Christus, verus Deus
et verus Homo.

Benedictum nomen
Iesu.

Benedictum Cor ejus
sacratissimum.

Benedictus Jesus in
sanctissimo Altaris Sa-
cramento.

Benedicta magna Ma-
ter Dei, Maria Virgo
sanctissima.

Benedicta sanctaejus
et Immaculata Concé-
ptio.

Benedictum nomen
Mariae, Virginis et Ma-
tris.

Benedictus sanctus
Joseph, ejus castissi-
mus sponsus.

Benedictus Deus in
Angelis et in Sanctis
suis.

*Indulgentia trium anno-
rum.*

*Indulgentia quinque an-
norum, si publice laudes
recitatæ fuerint.*

*Indulgentia plenaria sue-
tis conditionibus, dum-
modo quotidiana laudum
recitatio in integrum men-
sem producta fuerit*
(Pius VII, Audientia
23 Jul. 1801; S. C. Indul.,
8 Aug. 1847 et 2 Febr.
1897; S. Rit. C., 23 Febr.
1921; S. Pæn. Ap., 12 Dec.
1935).

Oratio S. Thomæ Aquinatis

ANTE STUDIUM

Reátor ineffabilis,
qui de thesauris sa-
piéntiae tuæ tres Ange-
lorum hierarchias desi-
gnásti et eas super cæ-
lum empýreum miro
órdine collocásti atque
univérsi partes elegan-
tíssime disposuísti; tu,
inquam, qui verus fons
lúminis et sapiéntiae
diceris ac superéminens
principium: infúndere
dignéris super intellé-
ctus mei ténebras tuæ
rádium claritatis, dú-
plices, in quibus natus
sum, a me rémovens
ténebras, peccátum scí-
licet et ignorántiam.
Tu, qui linguas infán-
tium facis disértas, lin-
guam meam erúdias
atque in lábiis meis
grátiam tuæ benedictió-
nis infúnde. Da mihi
intelligéndi acúmen,
retinéndi capacitátem,
addiscéndi modum et
facultátem, interpretándi
subtilitátem, lo-
quéndi grátiam copíosam;
ingréssum instruas, progréssum díri-

gas, egréssum cōm-
pleas, tu, qui es verus
Deus et homo. Qui vi-
vis et regnas in sācula
sæculórum. Amen.

Indulgentia septem an-
norum (Pius XI, 29 Ju-
nii 1923; S. Pæn. Ap.,
18 Martii 1932).

Oratio S. Anselmi ante contionem

DA mihi, Dómine, et mitíssimam et sa- piéntem eloquéntiam, qua nésciam inflári et de tuis bonis super fra- tres extólli. Pone, quæso, in ore meo verbum consolatiónis et ædifi- cationis et exhortatió- nis per Spíritum Sanctum tuum, ut et bonos váleam ad meliória ex- hortári et eos, qui ad- vérse gradiúntur, ad tuæ rectitúdinis líneam revocáre verbo et ex- émpio. Sint verba, quæ déderis servo tuo, tam- quam acutíssima jácula et ardéntes sagittæ, quæ pénérent et incén- dant mentes audién- tium ad timórem et amórem tuum. Amen.

Indulg. 500 dierum ante
cionem (Pius PP. X,

12 Julii 1907); S. Pæn.,
13 Jul. 1934).

Oratio Sacerdotis

ANTEQUAM CONFES- SIONES EXCIPIAT

DA mihi, Dómine, sé- dium tuárum assi- strícem sapiéntiam, ut sciam judicáre pópulum tuum in justitia, et páu- peres tuos in judicio. Fac me ita tractáre cla- ves regni cælórum, ut nulli apériam, cui clau- déndum sit, nulli clau- dem, cui aperiéndum sit. Sit inténtio mea pu- ra, zelus meus sincérus, cáritas mea pátiens, la- bor meus fructuósus. Sit in me lénitas non remíssa, aspéritas non sevéra; páuperem ne despíciam, díviti ne adúler. Fac me ad alli- ciéndos peccatóres suá- vem, ad interrogándos prudéntem, ad instruén- dos perítum. Tríbue, quæso, ad retrahéndos a malo sollértiam, ad confirmándos in bono sedulitátem, ad promo- véndos ad meliória in- dústriam, in respónsis maturitátem, in consí- liis rectitúdinem, in

obscúris lumen, in im-
pléxis sagacitátem, in
árduis victóriam; inutí-
libus collóquiis ne detí-
near, pravis ne contá-
miner; álios salvem,
meípsum non perdam.
Amen.

Indulgentia 500 dierum
(Pius PP. IX, 27 Martii
1854; S. Pæn. Ap.,
12 Maii 1933).

Oratio Sacerdotis

I. ANTE IPSIUS CONFESSIÖNEM

Suscipe confessiönem
meam, piissime ac
clementissime Dómine
Jesu Christe, única spes
salútis ánimæ meæ, et
da mihi, óbsecro, con-
tritiönem cordis, et lá-
crimas óculis meis, ut
défleam diébus ac nö-
ctibus omnes negligén-
tias meas cum humili-
tate et puritáte cordis.
Dómine, Deus meus,
súscipe preces meas.
Salvátor mundi, Jesu
bone qui te crucis morti
dedísti, ut peccatóres
salvos fáceres, respice
me misérum peccató-
rem invocántem nomen
tuum, et noli sic attén-
dere malum meum,

ut oblíviscáris bonum
tuum; et si commisi,
undem edamnáre potes,
tu non amisisti, unde
salváre soles. Parce
ergo mihi, qui es Sal-
vátor meus, et misere-
rére peccatríci ánimæ
meæ. Solve víncula
ejus, sana vúlnera.
Emítte igitur, piissime
Dómine, méritis puris-
simæ et immaculátæ
semper Vírginis Geni-
trícis tuæ Mariæ et
Sanctórum tuórum, lu-
cem tuam, veritátem
tuam in ánimam meam,
quæ omnes deféctus
meos in veritáte mihi
osténdat, de quibus
confitéri me opórtet,
atque juvet et dóceat
ipsos plene et contrito
corde explicare. Qui
vivis et regnas Deus
per ómnia sǽcula sæ-
culórum. Amen.

II. POST CONFESSIÖNEM

SIT tibi, Dómine, ób-
secro, méritis beátæ
semper Vírginis Geni-
trícis tuæ Mariæ et óm-
niūm Sanctórum grata
et accépta ista confés-
sio mea; et quidquid mi-
hi défuit nunc et álias

de sufficiéntia contritionis, de puritáte et integritaté confessiónis súppleat píetas et misericórdia tua, et scéndum illam dignéris me habére plénius et perféctius absolútum in cælo. Qui vivis et regnas Deus per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum. (S. C. Indul., 19 Aug. 1882; S. Pæn. Ap., 18 Sept. 1936).

Oratio ad servandam vocationis gratiam

Jeſu dilectissime, qui ex singulári benevoléntia me præ millénis homínibus ad tui sequélam et ad exímiam sacerdótii dignitátem vocásti, largíre mihi, precor, opem tuam divinam ad officia mea rite obeúnda. Oro te, Dómine Jeſu, ut resúscites hódie et semper in me grátiam tuam, quæ fuit in me per impositionem mánuum episcopálium. O potentíssime animárum médice, sana me táliter, ne revólvar in

vítia; et cuncta peccáta fúgiām tibi que usque ad mortem placére possim. Amen.

Indulgentia 500 dierum pro constitutis in sacris. (Leo PP. XIII, 14 Aug. 1884, S. Pæn. Ap., 13 Jan. 1933).

Oratio ad servandam castitatem

Domine Jesu Christe, sposeánimæ meæ, delíciæ cordis mei, immo cor meum et ánima mea, ante conspéctum tuum génibus me pròvólvo ac máximo ánimi ardóre te oro atque obtéstor, ut mihi deserváre fidem a me tibi solémniter datam in receptione subdiaconátus. Ideo, o dulcissime Jeſu, ábnegem omnem impietátem, sim semper aliénus a carnálibus desidériis et terrénis concupiscéntiis, quæ militant advérsus ániam, et castitátem, te adjuvánte, intemerátē servem.

O sanctissima et immaculáta María, Virgo vírginum et Mater nostra amantíssima, mun-

da in dies cor meum et
ánimam meam, ímpetra
mibi timórem Dómini
et singulárem mei dif-
fidéntiam.

Sancte Joseph, cu-
stos virginitatis Ma-
riæ, custodi ánimam
meam ab omni peccáto.

Omnis sanctæ Vír-
gines divinum Agnum
quocúmque sequéntes,
estote mei, peccatóris,
semper sollicitæ; ne co-
gitatióne, verbo aut
ópere delinquam et a
castíssimo Corde Je-
su umquam discédam.
Amen.

*Indulgentia 500 dierum
pro constitutis in sacris.*
(Leo PP. XIII, 16 Martii
1889; S. Pæn. Ap., 4 Maii
1932).

Oratio jaculatoria

BOne Jesu, rogo te
per dilectionem,
qua diligis Matrem
tuam, ut, sicut vere
eam diligis et diligi-
vis, ita mihi des, ut
vere eam diligam.

*Indulgentia 100 dierum
semel in die pro constitutis
in sacris.* (Leo PP. XIII,
14 Aug. 1884).

Formula precandi pro aliis

Defende, quæso, Dó-
mine, beata María
semper Virgine inter-
cedente, omnes consan-
guinitate vel affinitate
vel familiaritate vel
pietate mihi conjunctos
neconon benefaciéntes
vel adversantes mihi
ab omnibus corporis et
ánimæ periculis, apér-
tis et occultis, eisque
eam confer, qua máxi-
me indigent modo, grá-
tiā, ut, in tua cari-
tate firmati, nullis a te
tentatiōnibus separén-
tur, sed ad vitam per-
véniant sempiternam.
Per Christum Dómi-
num nostrum. Amen.

Formula consecrationis

SACRATISSIMO CORDI
JESU A CLERO RECITANDA

Domine Jesu, Redém-
ptor noster aman-
tissime et Sacérdos in
ætérnum, nos súpli-
ces tuos, quos appellare
amicos et sacerdóti tui
partícipes fácere digná-
tus es, propitius réspi-

ce. Tui sumus, tui perpétuo esse vólumus, ideo sacratíssimo Cordi tuo, quod tamquam únicum salútis perfúgium laboránti humáno géneri ostendísti, dedicámus nos hódie totos et addícimus. Tu, qui sacerdótibus, Cordis tui cultóribus, úberes divíni ministérii fructus promisísti, fac nos, quæsumus, idóneos in vínea tua operários, vere húmiles et mites, spíritu devotiónis et patiéntiæ plenos, ita flagrántes amóre tui, ut eúmdem caritátis ignem in ánimis fidélium excitáre et fovére non cessémus. Nostra igitur corda incéndio tui Cordis ínova, ut jam nihil áliud studeámus, quam tuam promovére glóriam et ánimas tibi lucrári, quas pretioso sanguine redemísti. Miserére, Pastor bone, præsértim sacerdótum, fratrum nostrorum, si qui ambulántes in vanitáte sensus sui te et diléctam Sponsam

tuam, Ecclésiam, lacrimabili defectióne contristárunt. Concéde nobis ad tuum compléxum eos redúcere, aut certe ipsórum expiáre delicta, resarcíredamna et dolórem, quo te afficiunt, amóris nostri consolatióne minúere. Sine dénique, te quisque nostrum exóret his Augustíni verbis : O dulcis Jesu, vivas tu in me et concaléscat spíritu meo vivus carbo amóris tui, et excanceléscat in ignem perféctum; árdeat júgiter in ara cordis mei, férveat in medúllis meis, flagret in abscónditis ánimæ meæ; in die consummatiōnis meæ consummátus invéniar apud te, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. Amen.

Indulgentia trium annorum toties quoties; 7 annorum in menstruis cleri collationibus spiritualibus; plenaria in fine exercitiorum spiritualium. (Pius PP. X, 17 Aug. 1908; S. Pæn. Ap., 24 Oct. 1933).

Pro Fidelibus Defunctis

I — Réquiem ætérnam dona eis (ei), Dómine;
et lux perpétua lúceat eis (ei). Requiéscant
(requiéscat) in pace. Amen.

Indulgencie 300 dierum, defunctis tantum applicabilis (S. C. Indulg., 13 Febr. 1908; S. Pæn. Ap., 17 Maii 1927).

II — Te quæsumus, Dómine, animábus igne
purgatórii deténtis súbveni, quas pretióso
sanguine redemísti.

Indulgencie 300 dierum (S. C. Indulgencie, 15 Sept. 1908; S. Pæn. Ap., 15 Nov. 1927).

III — Pie Jesu Dómine, dona eis (ei) réquiem
sempitérnam.

Indulgencie 300 dierum, defunctis tantum applicabilis (S. C. S. Officii 18 Martii 1909).

PSALMUS 129

Fidelibus, qui Ps. 129 : *De profundis vel semel Pater, Ave cum versiculo Requiem æternam, in suffragium fidelium defunctorum pie recitaverint,* conceditur :

Indulgencie trium annorum;

Indulgencie plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana precum recitatio in integrum mensem producta fuerit (Breve 11 Aug. 1736; S. Pæn. Ap., 29 Maii 1933).

Plenaria Indulgentia pro Defunctis die 2 Novembris


Fidelibus, *quoties* die secunda novembris aliquam ecclesiam aut publicum vel (pro legitime utentibus) semipublicum oratorium defunctis suffragaturi visitaverint, conceditur :

Indulgentia plenaria animabus in purgatorio detentis tantummodo applicabilis, si præterea sacramentalem confessionem instituerint, sacram Communionem susceperint et sexies Pater, Ave et Gloria ad mentem Summi Pontificis in unaquaque visitatione recitaverint (S. C. S. Officii, 25 Junii 1914; S. Pæn. Ap., 5 Julii 1930).

INDEX GENERALIS

I — Officium Parvum beatæ Mariæ Vir- ginis	3*	Litaniæ Sanctorum. 161*
Notiones præviæ .	3*	Ordo Commendatio- nis animæ 167*
Ante omnes Horas .	8*	Benedictio Mensæ . 177*
Ad Matutinum . . .	10*	Itinerarium 186*
Ad Laudes	26*	Preces Matutinæ.
Ad Primam	36*	Prex jaculatoria. . 189*
Ad Tertiam	40*	Trisagium Angeli- cum. 189*
Ad Sextam	44*	Oratio ad Ss. Tri- nitatem. 189*
Ad Nonam	48*	Formula Oblationis quotidianaæ ad S.
Ad Vesperas	52*	Cor Jesu 190*
Ad Completorium .	61*	Oratio S. Aloysii Gonzagæ ad B.
Post singulas Ho- ras	66*	V. Mariam 190*
II — Officium Defun- ctorum	70*	Oratio ad B. M. V. <i>O Domina</i> 191*
Ad Vesperas	70*	Oratio ad S. Joseph <i>Virginum custos.</i> 160*
Ad Matutinum . . .	78*	Preces ex Brev. ad Laudes et Vesperas 191*
Ad Laudes	94*	Preces ex Breviario ad Primam 192*
Die 2 Novembris .	100*	Preces Vespertinæ.
Ad Vesperas	100*	Oratio 194*
Ad Completorium .	101*	Oratio ad B. M. V. Immaculatam. 195*
Ad Matutinum . . .	104*	Preces ex Breviario ad Completorium 195*
Ad Laudes	110*	Selectæ Preces pro opportunitate di- cendæ. 196*
Ad Primam	111*	Litaniæ de sanctissimo Nomine Jesu 196*
Ad Tertiam	115*	
Ad Sextam	118*	
Ad Nonam	121*	
III — Ordo Missæ .	124*	
Gratiarum actio post Missam.	152*	
Variæ Preces (e Bre- viario Romano) .	161*	
Psalmi Pænitentia- les	161*	

Litaniæ de sacratissimo Corde Jesu . . .	199*	Actus reparationis pro blasphemias . . .	209*
Litaniæ Lauretanae B. Mariæ Virginis . . .	201*	Oratio S. Thomæ Aqu. ante studium. . .	210*
Litaniæ de S. Joseph . . .	202*	Oratio S. Anselmi ante contionem . . .	211*
Oratio S. Augustini edita jussu Urbani Papæ VIII . . .	204*	Oratio Sacerdotis ante quam Confessiones excipiat . . .	211*
Oratio Clementis Papæ XI.	205*	Oratio Sacerdotis ante et post ipsius Confessionem . . .	212*
Piæ Petitiones S. Augustini	206*	Oratio ad servandam vocationis gratiam .	213*
Oratio S. Thomæ Aqu. ad vitam sancte agendam	207*	Oratio ad servandam castitatem	213*
Oratio post Orationem mentalem	208*	Oratio jaculatoria	214*
Consecratio studiorum in honorem immaculatae Conceptionis B. M. V.	208*	Formula precandi pro aliis	214*
Oratio pro conversione infidelium.	209*	Formula consecratio- nis Cleri Ssno Cordi Jesu	214*
Invocationes pro fidelibus Defunctis		216*	
Plenaria Indulgentia pro Defunctis, die 2 Novembris.		217*	



II. — VADE-MECUM CLERICORUM

Officium Parvum B. Mariæ Virg.	.	.	.	3*
— Defunctorum	.	.	.	70*
— Diei 2 Novembris	.	.	.	100*
Ordo totius Missæ.	.	.	.	124*
<i>Gratiarum actio post Missam</i>	.	.	.	152*
Variae Preces (e Breviario Romano)	.	.	.	161*
Preces Matutinæ	.	.	.	189*
Preces Vespertinæ.	.	.	.	194*
Selectæ Preces pro opportunitate dicendæ	.	.	.	196*

*Ô Marie conçue sans péché,
priez pour nous qui avons recours à vous!*

Les 20 premières pages de ce PDF donne un aperçu de la qualité, *bonne ou mauvaise*, de l'édition papier. La qualité dépend du livre original dont nous nous sommes servi pour produire le fac-similé (*texte numérisé*).

Il est possible de commander l'édition papier à prix abordable en visitant le site :

canadienfrancais.org

Plusieurs autres livres sont également disponibles sur le même site, toujours à prix abordable.

Ce PDF peut être distribué librement. Cependant, la licence ne permet pas qu'il soit modifié et ensuite redistribué. Aucune dérivation ne peut en être faite, par exemple pour en enlever certaines pages comme celle-ci.

Au Canada, cet ouvrage est dans le domaine public. Le fac-similé est toutefois sous droit d'auteur. Si vous désirez en faire usage pour reproduire ce livre, veuillez en faire la demande.

Licence *Creative Commons CC BY-ND 2.5 CA*

